SYLLABUS
MEMBRANARUM

AD

REGIAE SICLAE ARCHIVUM PERTINENTIUM.

VOLUMEN II.

A CAROLI II. AD ROBERTI REGNUM.

PARS PRIMA

IN QUA MEMBRANAE A PRID. ID. IAN. MCCLXXXV. AD XI. KAL. IAN. MCCC.
SCRIPTAE CONTINENTUR.

OPERA ET STUDIO ANTONII DE APREA IN REGIA STUDIORUM
UNIVERSITATE PALAEOGRAPHIAE ANTECESSORIS.

Adgrediuntur opus, qui subsidiorum copia affluunt, nec labores fugiunt adsiduos. *Heumannus. Comment. de re Dipl.*

NEAPOLI,
EX REGIA TYPOGRAPHIA.
MDCCCXXXII.

Produnt Diplomata statum personarum, dominia rerum, conventiones, et contractus, et ipsam fori consuetudinem. *Eckard. Introduct. in Rem Diplomat.* in Prooem. §. XVIII.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

PROGREDITUR, quam dudum edendam suscepimus, membranarum series, eademque methodo iam in Archivo digesta eamdem quoque formam in hoc Volumine adeepit. Quod serius in publicam venerit lucem, laboris exantlati gravitas, ut ceteras omittamus caussas, satis fortasse factum excusat. Speramus alteram hanc lucubrationem benigne ab eruditis nostrarum antiquitatum amatoribus excipiendam, siquidem priorem ab Antecessore nostro typis evulgatam, supra quam sperabamus, eorum attentionem, et benevolentiam sibi comparasse nobis ipsi gratulamur.

Itaque post membranas, quas in eo volumino Carolo I. regnante exaratas edidimus, ad alterum hoc volumen complendum aliae sequuntur ab exordio regni Caroli II.: quod et facile observabit, qui finem praecedentis cum praesentis initio, conferre non recusaverit. In ipso autem universas, quae ad hunc Principem pertinent, membranas recensere nequivimus; sed in duas Partes eius regno, ut ita dicamus, diviso, duo volumina notitiis utique ad historiam locupletandam opportunis referta in lucem prodibunt: quorum Primum a prid. Id. Ian. MCCLXXXV. incipit, et desinit ad XI. Kal. Ian. MCCC. Secundum vero ab huiusmodi epocha ad III. Non. Maii MCCCIX. excurrit. Cuius consilii duae praecipue adferendae sunt caussae; altera scilicet ducitur ex documentorum multitudine, quae in hoc annorum ambitu conscripta ad nostras devenerunt manus. Enimvero sub Carolo II. Tabularium, ab eius patre conditum, chartas undequaque collectas facilius, abundantiusque recepit: ac regnum ipsius diuturnius, quam patris, fuisse constat, tantaque vicissi-

tudinum varietate redundare videtur, ut et plurima diplomata fuerint conscripta, et multis animadversionibus aditus patuerit. Quamobrem si cuncta uno conclusa essent volumine, timuimus, ne eius moles plus aequo gravior molestiam lectoribus inferret. Altera vero partitionis facilitati, quam membranarum series ipsa prae se tulisse videtur, est tribuenda. Nimirum Primae Partis terminum in anni MCCXCIX. fine statuentes, et pene saeculum ab saeculo discrevimus, et parem membranarum numerum confecimus, et regnum Caroli II. in duas fere aequales partes divisimus; si eius regni nomine intelligamus spatium, quod effluxit non a patris morte, sed ab elapso captivitatis quinquennio, quando nimirum regni habenas re vera suscepit.

Gesta huius Principis satis superque in Historicis reperiet lector. Addet fortasse non pauca, si nostras consulat Adnotationes, in quibus modo eorum σφαλματα corriguntur, modo facta ab iisdem praetermissa posteritati mandantur. Quomodo autem is regnum capesserit, quum alios quoque filios habuerit Andegavensis pater, neque de eorum ordine definiendo solliciti fuerint Historici, heic indicare supervacaneum non ducimus; praesertim ut obscuriora quaedam, quae in hoc Syllabo occurrent, praevia luce quodammodo illustrentur. Hanc itaque Historiae partem non levi labore a pluribus auctoribus haustam, et notitias hinc illinc collectas sub oculis legentium ponendas putamus.

Quum duas habuerit Carolus I. uxores, Beatricem scilicet Raymundi Berengarii filiam, et Margaritam filiam Oddonis Comitis Nivernensis, uti exposuimus vol. I. pag. 144, not. (2), ab secunda, etsi ex Reg. sign. 1269 B. fol. 191 a t.° praegnans fuisse aliquando innuatur, nullam suscepisse prolem Historici, quos perlegimus, suo silentio satis testantur; nihilque in Archivi membranis hac de re invenire potuimus. Prima autem eum octo filiorum parentem fecit. Hos inter primogenitus, Carolus etiam nomine, Patri successit; quum nusquam priorem

ei locum aliam abstulisse prolem vel monumenta, vel Scriptores adfirment. Alter Ludovicus, anno MCCXLVIII. paucis ab ortu diebus, interiit in Insula Cypri, et sepultus est in Ecclesia S. Dominici de Nicosia (a). Tertius fuit Philippus, de quo vol. I. pag. 225, not. (1) nonnulla commemoravimus. Quarto loco ponendus est Robertus, qui anno MCCLXV. obiit (b): atque Inscriptionem eius tumulo in Ecclesia S. M. Matris Domini Nuceriae adpositam retulit Capecelatrus (c). Inter filias vero primo loco recensenda est Beatrix uxor Philippi filii Balduini Imperatoris Constantinopolitani (d). Altera fuit Elisabeth, quae Ladislao Stephani Hungariae Regis filio nupsit (e). Tertia Blanca uxor Roberti Comitis Flandriae (f), quae anno MCCLXIX. iam obierat (g). De quarta tandem Caroli I. filia nomine Margarita nostrarum rerum Scriptores nullam iniiciunt mentionem; sed nobis contigit eius memoriam in Archivo testatissimam reperire (h). Ex quibus satis constat Carolum II. et primogenitum fuisse, et nisi quinquennalem captivitatem pertulisset, VI. Id. Ian. MCCLXXXV. debuisse in paterno solio considere.

Etsi autem multa variis de rebus ediderit Capitula, nullum tamen occurrit, quod ad Notarios, et instrumenta pertineat. Quare iis permissum existimamus, ut annos vel Florentina, vel Graeca, vel Pisana methodo supputarent. Iam vero dum ad Caroli I. membranas describendas Praefatio exarata est, id scriptum inveniet lector, » notae chronologicae, uti in quolibet documento iacent, omnino » adponendae fuerunt; nec eas corrigere, refingere, aut » a propria annorum supputatione dimovere operae pretium duximus ». At in praesenti volumine, ut laborem

(a) Anselm. *Histoire Généalogique de France* Tom. I. pag. 192, Paris 1712.
(b) Sumont. Tom. III. pag. 120, *Nap.* 1748. Troyl. Tom. V. part. I. pag. 291.
(c) *Istor. della Città, e del Reg. di Nap.* part. IV. lib. I. in fin.
(d) Vid. pag. 111, not. (1).
(e) Vid. pag. 136, not. (3).
(f) Marchant. *Flandriae Descript.* pag. 246.
(g) Reg. sign. 1269 D. fol. 125 a t.° Vid. et Reg. sign. 1272 A. fol. 204 a t.°
(h) Reg. sign. 1269 A. fol. 100 a t.°

ab lectoribus perferendum ipsi subiremus, suo loco membranas reposuimus. Quapropter identidem in hac serie occurrent chartae, quae duas habent annorum notas; earumque altera ad verum, altera ad annum Pisanum, utpote frequenter in Apulia praesertim adhibitum, referenda est. Nostrae porro sententiae momenta, qua huiusmodi emendationem proferendam putavimus, in subiectis adnotationibus lector inveniet. Neque enim ubi satis valida argumenta non aderant, notas in documento signatas permutare ausi sumus: ac propterea aliae fortasse invenientur, quae medica egent manu, sed accuratioribus chronologis eas corrigendas libentissime relinquimus.

Opus itaque, quod sub auspiciis FERDINANDI I. susceptum publicam pridem lucem adspexit, sub auspiciis FERDINANDI II., aviti solii, et munificentiae ex asse heredis, ad rem Diplomaticam locupletandam, illustrandamque procedit. Huius enim Principis, bonarum artium instauratoris, providentia factum est, ut Regiis prelis, Regiisque impensis haec membranarum series in Magni Sui Tabularii scriniis non delitesceret ignota. Ipsi igitur acceptum referemus, quod sequentia edantur volumina; in quibus parem nos συν Θεῳ operam collaturos, eamque a benevolis lectoribus aequi bonique faciendam, non sine animi alacritate, speramus.

Quae vero gratiae habendae sint clarissimo Equiti Antonio Spinellio omnibus Regni Archivis Praefecto, exponere eius modestia non patitur. Is enim Regiis mandatis obsequentissimus, huius Syllabi auctori auxilium, et incitamentum adsidue praebuit; et adolescentulis Rei Diplomaticae ediscendae addictis ad labores subeundos calcaria pro re natâ admovit. Immo ea, qua pollet, ingenii felicitate, nostrarum antiquitatum peritia, et Neapolitanae gloriae amore, Opus et probavit, et quantocius typis evulgari sategit.

SYLLABUS

MEMBRANARUM AD REGIAE SICLAE ARCHIVUM PERTINENTIUM

A Caroli II. ad Roberti Regnum.

FASCICULUS I.

NUMERUS 1.

Olim Arca H. Fasciculus 40, N. 6.

1285, *Ianuarii* 12, *Indictione* 13, *Fogiae.*

Iohannes de Monte-forti (1) Capitaneus Generalis in Regno Siciliae mandat Petro de Stampis Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori, ac Magistro Salis Curiae in Terra Bari, et Basilicata, ut nuntiet Iustitiario, Praelatis, et Universitatibus Provinciae Terrae Bari obitum Caroli I., si nuntii ad eos missi nondum pervenerant.

(1) Carolus I., uti refert Continuator Sabae Malaspinae, et nos in Volumine primo pag. 274 monuimus, quom esset morti proximus, *Iohannem de Monteforte Comitem Squillacensem in toto Regno generalem Capitaneum stabilivit.* Quum autem hic vir tanta auctus dignitate saepius in nostris membranis occurrat, abs re fortasse non erit pauca de eo delibare; praesertim qoia rerum nostrarum scriptores vix eius nomen tradiderunt. Primom igitur extra omnem dubitationis aleam positum videtur nostrum Iohanem Caroli I. *consanguineum* fuisse. Id enim habetur ex Reg. sig. 1271 B. fol. 80: *Nobili Viro Iohanni de Monteforti dilecto consanguineo familiari et fideli nostro.* Praeterea ipsum cum Carolo I. e Gallia huc adventasse innuit Capecelatrus, *Origine della Città, e delle Famiglie Nobili di Napoli.*

Pluribus etiam honoribus, ac moneribus a Carolo II. auctus fuit, et anno 1291, die 14 Aprilis, quum esset Regni Siciliae *Camerarius*, *Consiliarius*, et *Familiaris*, statuitur *Capitaneus Generalis in toto Regno per absentiam Comitis Atrebatensis.* Vide Reg. sig. 1270 C. fol. 142.

1

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 36, N. 26.

1285, *Ianuarii* 28, *Indictione* 13, *Heredum, et Successorum Caroli I.* (1) *anno I. Canusii.*

Petrus de Stampis Secretus, Magister Portulanus, et Procurator, ac Magister Salis Curiae in Terra Bari, et Basilicata, post subhastationem, et fideiussionem, locat hominibus singillatim recensitis Cabellam Baiulationis Canusii unciis auri 47.

Per Paulum Notarium Canusii.

N. 3.

Olim Arca K. Fasciculus 51, N. 23.

(1285), *Martii* 2, *Indictione* 13, *Neapoli*

Gerardus Episcopus Sabinensis rogat Petrum de Stampis Secretum Apuliae, ut solvat O. Patriarchae Antiocheno (2) pecuniam decimarum Ecclesiae Tranensis.

---

(1) Dum Carolus II. captivus detinebatur, Notarii in Principis nomine suis instrumentis praeponendo mirum quantum inter se dissidebant. Nonnulli enim *Heredum, et Successorum Caroli I.*, alii *Caroli Nepotis Caroli I.*, alii *Caroli Primogeniti Principis Salernitani, et Nepotis, ac Heredis Caroli I.*, alii tandem *Caroli Primogeniti Principis Salernitani, et Gerardi Episcopi Sabinensis legati Sedis Apostolicae, ac Roberti Comitis Atrebatensis* annum adponebant. Quapropter nos quoque in Epocha signanda eadem varietate utimur, ut a textu, quam minimum fieri potest, discedamus: quod lectorem monendum censemus, ne quod e membrana exscribimus, ingenii nostri inconstantiae tribuat.

(2) Qua de causa pecunia decimarum Ecclesiae Tranensis deberetur O. Patriarchae Antiocheno, legimus in Reg. sig. 1284 A. fol. 55 a t.°; unde etiam scimus quinam fuerint proventus huius Ecclesiae. En verba » Ex parte venerabilis pa-
» tris domini O. Patriarche Antiocheni Karissimi amici nostri fuit nobis humi-
» liter supplicatum quod cum maior Tranensis Ecclesia sit ei per summum con-
» cessa Pontificem et Archiepiscopi ipsius Ecclesie qui fuerunt pro tempore a
» Catholicorum Regum Sicilie temporibus usque ad hec felicia tempora domini
» patris nostri decalatra duodecim de cera pro cereo Pascali nec non deci-
» mas proventuum dohanarum aliorumque veterum iurium Curie Regie in
» Civitate Trani et Baroli ac duas uncias auri ponderis generalis pro veteribus
» iuribus buczarie Trani et alias duas uncias pro veteribus iuribus buczarie Ba-
» roli ratione dicte Ecclesie annis singulis percipere consueverint et habere ex-

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 69, N. 8.

1285, *Maii* 1, *Indictione* 13, *Caroli Nepotis, et Heredis Caroli I. anno I. Piscariae.*

Bernabeus de Piscaria Secretus, Magister Portulanus, Procurator, et Magister Salis Curiae in Aprutio, in manibus Petri de Suria Iustitiarii Aprutii citra flumen Piscariae praestat heredibus Caroli I. iuramentum fidelitatis, et officii rite exercendi (1).

Per Iacobum Villanum Notarium Piscariae.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 71, N. 15.

1285, *Maii* 11, *Indictione* 13, *Caroli Primogeniti Principis Salernitani, et Nepotis, et Heredis Caroli I. anno I. Ortonae.*

Petente Gentili de Grandinato Archipresbytero Ecclesiae S. Ma-

„ hibere ea omnia dicto domino Patriarche....benignius mandaremus etc. Data „ Bari 13 Februarii XII. Indictionis (1284).

Porro ab Ughellio *Ital. Sacr.* Tom. VII. col. 906, *Venet.* 1721, scimus hunc Patriarcham fuisse Othobonum, cui a Nicolao III., anno 1280, Kal. Aprilis commissa fuerat administratio Ecclesiae Tranensis.

(1) Antiquissimus sane fuit mos, quo *Officiales* electi, antequam suum munus obirent, iuramentum praestarent. De Graecis id docet Demosthenes *De Corona* pag. 313, et *contra Timocratem* pag. 481, *Basileae* 1572, de Latinis vero Livius XXXI. 50. Sequiori aevo Iustinianus non modo, ut officiales iuramentum praestarent, lege sancivit, verum et formam iuramenti edidit: vid. Cuiac. *in tit. I. de Iudic. Lib. III. Codicis* vol. IX. col. 144, *Neap.* 1722. Tandem Neapolitani Reges non minus hac de re fuerunt solliciti. Inter Constitutiones Gulielmi I., quae a Frederico inter suas etiam relatae fuerunt, ea est, quae *De praestando sacramento Baiulis, et Camerariis* inscribitur. Vid. *Const. Reg. Sic.* Lib. I. tit. LXIII. *Puritatem.* Quod etiam ad Iustitiarios extendit idem Fredericus tit. XLVI. *De praestatione Sacramenti a Magistro Iustitiario, et Iustitiariis.* Carolus vero I. anno 1278 ipsam iuramenti formam confirmavit, Capit. *Quod officiales iurare debeant.* Et in Constitutionibus, quas 10 Iunii 1282 Neapoli edidit, de quibus nos Vol. I. pag. 246 not. (1), haec habentur: *Item* (Iustitiarii) *recipiant Sacramentum in forma subscripta a quolibet officiali in quocumque officio ordinetur.* Ut igitur hisce legibus Magister Portulanus nuper electus pareret, apud Iustitiarium suae provinciae iuramentum in nostra membrana relatum praestat. Id ipsum postea frequentius factitatum, et a nostris Principibus legibus sancitum, constat ex Regni nostri Pragmaticis, quas, si lubet,

*

riae de Ortona (1), transumuntur in formam publicam duo mandata Caroli I., quibus praecipitur Secretis Aprutii, ut si per inquisitionem constet ipsum Archipresbyterum a Catholicorum Regum temporibus quotannis percepisse decimas proventuum Baiulationis Ortonae, et duas uncias de proventibus portus ipsius, in posterum etiam perciperet: transumitur etiam instrumentum inquisitionis ab Secreto confectae.

Per Rogerium Guillelmi Notarium Ortonae.

N. 6.

Olim Arca F. Fasciculus 70, N. 8.

1285, *Iunii* 10, *Indictione* 13, *Neapoli.*

Robertus Comes Atrebatensis (2), mandat Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori, ac Magistro Salis Curiae in Aprutio, ut det Marino de Caramanico Consiliario possessionem dimidii Castri Rayani,

---

vide in Collectione: Vol. I. pag. 244, et 410: Vol .III. pag. 53, 93, 206, 209, et 272: et Vol. IV. pag. 67, et 170. Neap. 1772.

(1) De exhibitione decimarum huic Ecclesiae duo extant Caroli I. mandata, quae in nostra membrana recensentur, alterum anno 1274, 19 Maii scriptum, alterum 1280, 1. Februarii; haec ipsa in Regestis 1273 A. fol. 163, et 1270 B. fol. 3 a t.º leguntur. Unde autem decimae suuerentur, ex ipsa membrana discimus his verbis: » Decime proventuum baiulationis Ortone videlicet de omnibus » demaniis morticiis excadenciis passagiis platheis bannis et penis banco insti- » cie heris forfacturis buczaria.........et uncias auri duas de proventibus » portus ipsius terrae. Haec omnia a Nortmannorum Regum tempore huic Ecclesiae debita fuisse testes deponunt.

(2) Quum Carolus I., uti Vol. I. pag. 274, not. (1) observavimos, die 5 Ianuarii 1285 supremum obiisset diem, e pluribus, quos diverso tempore habuit filios, unum Carolum II. superstitem reliquit, qui paterno Regno potiri non poterat, quia Barcinone captus detinebatur. Vide Vol. I. pag. 267, not. (1). Pater igitur, ut ait Sabas Malespina, *huius Principis Primogenitum etiam Carolum nomine heredem instituit, relicto ad eius custodiam Roberto Comite Atrabatense*, quem Philippi Regis Francorum filium fuisse docuimus Vol. I. pag. 112, not. (1). Pontifex Rom. interea Gerardum Episcopum Sabinensem misit, qui una cum dicto Comite res Regni pro Carolo II. captivo, vel Carolo Martello eius filio, qui decimumtertium aetatis annum vix attigerat, administraret. Vide Collenuc. lib. V. pag. 218, *Nap.* 1771. At vero Giannonius, nescio quibus argumentis fultus, rem aliter describit. Narrat enim, Carolo mortuo, Pontificem Regni administrationem Gerardo Episcopo Sabinensi commisisse; ac deinde non a Carolo, sed ab Rege Francorum missum Robertum Comitem Atrebatensem, ne sedis Apostolicae legatus aliquid in Principem moliretur. Suae opinionis vades citat Malespinam, Iohannem Villanium, Bartholomaeum de Neocastro, Collenucium, et Constantium. At vero hi omnes id unum adserunt, Robertum Regni nostri Provincias post mortem Caroli I. administrandas suscepisse. Unde ergo scivit Giannonius ipsum tunc temporis e Gallia

quartae partis Castri Ofeni, et Castri de Interaquis, et bonorum quorumdam proditorum, quae ipse ei donaverat (1).

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 27, N. 4.

1285, *Iunii 12, Indictione 13, Caroli Primogeniti Principis Salernitani, et Gerardi Episcopi Sabinensis Legati Sedis Apostolicae, ac Roberti Comitis Atrebatensis Baiulorum Regni Siciliae anno I. Melfictae.*

Petrus de Stampis Secretus, Magister Portulanus, et Procurator, ac Magister Salis Curiae in Terra Bari, et Basilicata, post subhastationem, et fideiussionem, locat hominibus singillatim recensitis Cabellam tributi Melfictae unciis auri 26.

Per Blasium Notarium Melfictae.

---

adventasse? Contra vero idem Robertus iam ab anno 1276 Capitanei, et Vicarii Generalis munus iu nostro Regno exercuit. Vide Vol. I. pag. 112, not. (1); immo enno 1284 mense Maio varia Regis negotia peregisse ex membranois Caroli I. Fasc. LXVII. n. 7, 8, 9 discimus. Nulla igitur suppetit causa, cur iis difficillimis temporibus Virum necessitudine, et beneficiis Carolo devinctum, ipsum deseruisse, et in Galliam rediisse censeamus. Tandem Raynaldus ad an. 1285 Bullam Martini IV. edidit detam Perusiis XIV. Kal. Martii, qua Gerardom Episcopum Sabinensem Roberto Atrebatensi, qnem a Carolo Regni *Baiulum* constitotum dicit, Comitem adsciscit. Hace omnia satis superque evincunt Robertum non ab Rege Galliarum, quia de Pontificis Legato dubitaret, missum; sed a Carolo ipso Baiulum fuisse constitutum.

Plora supersunt inter nostri Archivi membranas huius Comitis Diplomata, quao suis locis disposita proferemus.

(1) Identidem nostrae membranae donationes ab Roberto Comite Atrebatensi Baiulo Regni Siciliae factas exhibent. Qua vero auctoritate, ao rationa id egerit, in diplomate dato anno 1285, 8 Iulii, quod nos Fasc. II. N. 2 recensebimus, legitor his verbis: » Cum dive memoria dominus Carolus Ierusalem et Sicilie rex illustris patruus noster carissimus circa ultima sua in » discretione directa locutione composita et sana memoria constitutus personas » commemorans que fideliter sibi servierant nec remoncrationem ab eo fuerant » consecuto volensque ipsarum laboribus ac anime sue saluti quam non pro» viso illis gravis oneris non credebat expertem congroo remedio providere » quia de omnibus ipsis particularem notitiam non habebat nec circa id bono » modo vacare tunc poterat de nobis tamquam de se ipso confidens et pro certo » tenens quod servitores suos gratiose eramus sua in illis renovata memoria » tractaturi nihilominus pro heredom suorum profectu et salubri regimine sub» iectorum concesserit dederit et tradiderit nobis generalem plenam et liberam » potestatem in perpetuum concedendi predictis personis iuxta nostri provisio» ne arbitrii pro se et heredibus earumdem ex suis corporibus legitime descen-

N. 8.

Olim Arca II. Fasciculus 39, N. 9.

1283, *Iunii* 22, *Indictione* 13, *Neapoli*.

Gerardus Episcopus Sabinensis (1) mandat Barnabae de Piscaria Secreto, Magistro Procuratori, et Portulano, ac Magistro Salis Curiae in Aprutio, ut det Marino de Caramanico possessionem dimidii Castri Rayani, quartae partis Castri Ofenae, et Castri de Interaquis, et bonorum, quae pertinebant ad proditores singillatim recensitos, quae omnia fuerant ei a Comite Atrebatensi donata, eumque ab hominibus dictarum Terrarum assecurari faciat.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 32, N. 9.

1285, *Iunii* 30, *Indictione* 13, *Neapoli*.

Gerardus Episcopus Sabinensis mandat Barnabeo de Piscaria Secreto Aprutii, ut exequutioni mandet litteras Caroli Principis Salernitani Vicarii Regni Siciliae, quae exscribuntur, quibus concessa fuerat Iacobo de Campaniola tertia pars Ortonae cum Carretis, medietas Castri Collis Pagani, et Casale Marficelli in Iustitiariatu Aprutii (2)

» dentibus secundum formam donorum per regiam excellentiam indultorum in » terra et bonis Curiae regni Sicilie annui redditus certam summam prout hec et » alia in litteris regiis de potestate huiusmodi nobis factis plenius continentur ».

(1) Etsi Robertus Comes Atrebatensis, et Gerardus Episcopus Sabinensis simul Regnum administrarent, tamen in litteris ab utroque scriptis modo unus, modo alter primas agit partes. Legimus enim interdum: *Robertus Comes Atrebatensis una cum reverendo Patre domino G. Sabinensi Episcopo Apostolice Sedis legato baiulus Regni Sicilie per Sanctam Romanam Ecclesiam constitutus*: interdum vero: *Gerardus miseratione divina Sabinensis Episcopus Apostolice Sedis legatus baiulus regni Sicilie una cum excellenti viro domino Roberto Comite Atrebatensi per Sanctam Romanam Ecclesiam constitutus*. Quapropter et *Combaiuli* vocantur in membrana N. 9. Cum autem ex variis locis, in quibus signata inveniuntur diplomata, modo unus, modo alter a Metropoli discederet, uterque suam exercebat auctoritatem, et auctoritatis socium in titulo memorabat. Quomodo autem inter se Regni curam dispertirentur; non satis liquet. Illud unum mihi certum videtur, quod in litteris, quae aliquam continent concessionem, Robertus, cui a Carolo I. id muneris demandatum fuerat, Gerardo ut plurimum praeponitur.

(2) Exsequuntur Baiuli hanc concessionem Caroli Vicarii Caroli I., quam legimus in Regestis sigg. 1283 A. fol. 126, et 1284 B. fol. 144 a t.°, et 1284 C. fol. 226 a t.°, et 266. Quae autem in Reg. sig. 1269 B. fol. 181 a t.° ad Secretum Aprutii die 29 Aprilis XII. Indictionis scripta leguntur, ad hunc annum 1284 procul dubio sunt referenda.

sub pheudali servitio duorum militum, et mandatum fuerat Secretis, Magistris Portulanis, et Procuratoribus, ac Magistris Salis Curiae in Principatu, Terra-Laboris, et Aprutio, ut ipsi Iacobo darent possessionem dictarum Terrarum.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 17. N. 15.

1285, *Iulii* 3, *Indictione* 13, *Caroli Nepotis, et Heredis Caroli I. anno I. Manuppelli.*

Barnabeus de Piscaria Secretus, Magister Portulanus, Procurator, et Magister Salis Curiae in Aprutio declarat se non potuisse exsequi litteras Gerardi Episcopi Sabinensis, quae exscribuntur, et quibus ei praecipiebatur ut restituenda curaret Aloysiae uxori Matthaei de Plesiaco (1) Castra Manuppelli, Tocci, Casalis-Comitis, et Carapellae (2), quia ab hominibus armatis fuerat repulsus.

Per Iacobum Villanum Notarium Piscariae.

---

(1) Matthaeus *de Plesiaco*, sive *de Plosiaco*, vel *de Plexiaco*, aut *de Plesseyo*, in Reg. sig. 1284 C. fol. 127 dicitur *Consiliarius et Familiaris Regius*, et in nostra membrana *ad inimicorum manus in nefasta captione Principis adductus*. Plura habuit pheuda tum ad se, tum ad uxorem pertinentia. Etenim eodem Reg. fol. 15 a t.°, et 20 scribitur Iustitiario Aprutii, ut eum assecurari faciat ab hominibus Muntori, et aliarum Terrarum, quas pro parte Eloysiae uxoris tenebat. Quae autem fuerint haec bona habes ex Reg. sig. 1278, et 1279 H. fol. 5 his verbis: *Cum Mattheus de Plessiaco miles fidelis noster filius Matthei de Plessiaco militis familiaris et fidelis nostri Lodoysiam filiam quondam Riccardi de Bellovidere de nostre maiestatis assensu firmaverit in uxorem cum tota terra concessa per nos predicto quondam Riccardo patri suo videlicet Montorio Roseto Castanea et Rocca Cansclara* etc. *Data Brundusii die* 10 *Novembris VII. Indictionis* (1278). Bona vero, quae in nostra membrana describuntur, pertinere comperimus ad ipsum Matthaeum, utpote qui patrem ὁμώνυμον habuit pluribus feudis locupletatum; nec pigebit de hoc pauca subtexere. A maioribus suis ipse exceperat in Andegavia feudum cui nomen Lefoullus: Vid. Reg. sig. 1274 B. fol. 59. Deinde Neapoli alia etiam obtinuit. Nam Reg. sig. 1271 B. fol. 36 a t.° scribitur Secretis Principatus, Terrae-Laboris, et Aprutii, ut *omnes redditus et proventus Terrarum Manuppelli Tocci Pesculi-Sansonisci Casalis-Comitis et Carapelli... Mattheo de Plesseyo assignare procurent. Data ut supra* (1271, 26 Februarii XIV. Indictionis). Denique ipse Matthaeus eodem anno 1271 in Civitate Cathaniae in festo Epiphaniae receptus fuit in *Consiliarium et Familiarem Regis:* Vid. Reg. sig. 1271 B. fol. 186; et anno 1272 *morabatur ad partes Aprutii pro quibusdam arduis et expressis Curie servitiis cum octo militibus quinquaginta scutiferis decem balistariis equitibus et quinquaginta peditibus balistariis:* Vid. Reg. sig. 1272 A. fol. 224 a t.° Eodem anno dicitur *Capitaneus Macole* in Reg. sig. 1272 B. fol. 143; et anno 1273 *Iudex Magne Curie* fol. 185 a t.°

(2) De his Terris pauca in nostris Regestis occurrunt. Scimus eas fuisse in lu-

FASCICULUS II.

N. 1.

Olim Arca F. Fasciculus 19, N. 5.

1285, *Iulii 6, Indictione 13, Marsici.*

Robertus Comes Atrebatensis, ut voluntati Caroli I. obsequatur, concedit Raynaldo Accrochamur Castrum Coryani Sicci in Iustitiariatu Aprutii sub servitio duorum militum computata persona sua, et mandat Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori, ac Magistro Salis Curiae in Aprutio, ut det ei possessionem dicti Castri.

N. 2.

Olim Arca G. Fasciculus 3, N. 6.

1285, *Iulii 8, Indictione 13, in Ponte Saponarae.*

Robertus Comes Atrebatensis donat Raulo de Buchivillerio Terram Vici de Marsi in Iustitiariatu Aprutii sub servitio duorum militum computata persona sua, et mandat Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori, ac Magistro Salis Curiae in Aprutio, ut det ei possessionem dictae Terrae, eumque ab hominibus assecurari faciat.

N. 3.

Olim Arca D. Fasciculus 36, N. 17.

1285, *Iulii 15, Indictione 13, Caroli Nepotis, et Heredis Caroli I. anno I. Piscariae.*

Barnabeus de Piscaria Secretus, Magister Portulanus, Procurator, ac Magister Salis Curiae in Aprutio declarat se nullos fructus percepisse ex dimidio Castri Rayani, ex quarta parte Castri Ofeni, ex Castro de Interaquis, atque ex bonis proditorum Sulmonae, pro eo tempore, quo

---

stitiariatu Aprutii; ac Terram Manuppelli prius concessam fuisse Frederico de Tulla: Vid. Reg. sig. 1269 B. fol. 80. Novimus etiam aliam eiusdem nominis Terram Tocci fuisse in Iustitiariatu Principatus, et Terrae-Beneventanae, a Carolo I. anno 1289, 21 Aprilis concessam Roberto de Lavena: Vid. Reg. sig. 1269 B. fol. 13.

revocata ad manus Curiae, nondum adsignata fuerant Iudici Marino de Caramanico, qui in pheudum ea acceperat.

Per Alegrum Notarium Piscariae.

N. 4.

Olim Arca D. Fasciculus 46, N. 7.

1285, *Iulii* 22, *Indictione* 13, *Heredis, et Successoris Caroli I. anno I. Baroli.*

Petente P. Archiepiscopo Acheruntino (1), transumuntur in formam publicam litterae Roberti Comitis Atrebatensis, quibus exscribitur mandatum Caroli I., et praecipitur Secretis Basilicatae, et Terrae-Ydronti, ut solvant dicto Archiepiscopo decimas proventuum Baiulationis Acheronciae, et alia iura; dummodo constet ipsum haec a Catholicorum Regum temporibus percipere solitum fuisse.

Per Iohannem de Cantore Notarium Baroli.

N. 5.

Olim Arca F. Fasciculus 84, N. 7.

1285, *Iulii* 22, *Indictione* 13, *Capuae.*

Gerardus Episcopus Sabinensis rogat Robertum Comitem Atrebatensem, ut assentiatur sententiae ab Ludovico de Montibus Iustitiario Terrae-Laboris latae, et ab Iudicibus ab se electis confirmatae, qua restituuntur Petro de Ianua Procuratori Syndico Domus Militiae Templi bona ab Alfarana de Baro usurpata.

N. 6.

Olim Arca H. Fasciculus 14. N. 14.

1285, *Iulii* 23, *Indictione* 13, *Capuae.*

Gerardus Episcopus Sabinensis mandat Barnabeo de Piscaria Secreto, Magistro Procuratori, et Portulano, ac Magistro Salis Curiae in

(1) Petrus de Archia ab anno 1277 ad 1299 Acheruntinam, et Materanam rexit Ecclesiam. Vid. Ughell. *Ital. sacr.* Tom. VII. col. 43, Venet. 1721.

Aprutio, ut tradat Petro de Suria Iustitiario Aprutii citra flumen Piscariae reditus Terrae Introduci, quam eidem Iustitiario custodiendam mandaverat.

N. 7.

Olim Arca C. Fasciculus 88, N. 5.

1285, *Augusti* 1, *Indictione* 13, *Dominante Carolo Primogenito Principis Salernitani. Introduci.*

Barnabeus de Piscaria Secretus, Magister Portulanus, Procurator, ac Magister Salis Curiae in Aprutio, ut exsequatur litteras Gerardi Episcopi Sabinensis, quae exscribuntur, declarat se nullos reditus percepisse de Terra Introduci; et iniungit Baiulis, et Universitati dictae Terrae, ut in posterum percipiendos tradant Petro de Suria Iustitiario Aprutii citra flumen Piscariae.
Per Fredericum Notarium Introduci.

N. 8.

Olim Arca C. Fasciculus 79, N. 18.

1285, *Augusti* 6, *Indictione* 13, *Heredis, et Successoris Caroli I. anno I. Baroli.*

Petente Petro de Stampis Secreto, Magistro Portulano, et Procuratore, ac Magistro Salis Curiae in Terra Bari, et Basilicata, Iudex, et Notarius declarant equum eiusdem Secreti morte naturali occubuisse.
Per Iohannem de Cantore Notarium Baroli.

N. 9.

Olim Arca D. Fasciculus 3, N. 1.

1285, *Augusti* 6, *Indictione* 13, *Caroli Nepotis, et Heredis Caroli I. anno I. Piscariae.*

Barnabeus de Piscaria Secretus, Magister Portulanus, Procurator, et Magister Salis Curiae in Aprutio, ut exsequatur litteras Roberti Comitis Atrebatensis, quae exscribuntur, dat Procuratori Rauli de Buchyvillerio possessionem Terrae Vici de Marsi sub servitio duorum militum ab ipso Roberto concessae.
Per Iacobum Villanum Notarium Piscariae.

N. 10.

Olim Arca C. Fasciculus 55, N. 13.

1285, *Augusti* 6, *Indictione* 13, *Caroli Primogeniti Principis Salernitani anno I. Piscariae.*

Barnabeus de Piscaria Secretus, Magister Portulanus, et Procurator, ac Magister Salis Curiae in Aprutio declarat se non potuisse assignare Guillelmo, et Iohanni de Ponsiaco fratribus Castrum Castellionis; quia nonnulli armati custodiebant ipsum nomine Patritii de Chaurs.
Per Alegrum Notarium Piscariae.

FASCICULUS III.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 54, N. 12.

1285, *Septembris* 9, *Indictione* 14, *Dominantibus Heredibus Caroli I. in Monte S. Angeli.*

Universitas Montis S. Angeli, ut exsequatur mandatum Rudulphi de Bullerio Vicarii Principis Salerni in Honore Montis S. Angeli (1), Comitatu Alesinae, et Terra Andriae, eligit Iudices Bartholomaeum, et Saxonem pro supradicto anno.
Per Iohannem Notarium Montis S. Angeli.

N. 2.

Olim Arca H. Fasciculus 1, N. 5.

(1285), *Septembris*..*Indictione* 14,......

Gerardus Episcopus Sabinensis acceptat solutionem (2) unciarum 60 a Nuncio Barnabei de Piscaria olim Secreti, Magistri Portulani, et Procuratoris, ac Magistri Salis Aprutii factam Goberto Episcopo Agrigentino *Statuto super recipienda, et expendenda pecunia provenienti de proventibus Regni.*

---

(1) De Honore Montis S. Angeli alibi actum est, Vol. I. pag. 73, not. (15). Nunc discimus ibidem Principis Salernitani Vicarium resedisse, ut eius nomine iurisdictionem exerceret, et reditus administraret.

(2) De huiusmodi *Apodixis* alibi nonnulla disseruimus, Vol. I. pag.66, not. (1). Heic animadvertimus Regas ipsos non fuisse dedignatos apodixas debita solventibus suo nomine, modo *per Magistros Rationales*, modo *in Camera*, exhibere. Quisnam autem fuerit, cui huiusmodi chartas conscribendi munus demandatum fuerit, non satis constat.

*

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 8, N. 10.

1285, *Octobris* 27, *Indictione* 14, *Dominante Roberto Comite Atrebatense, et Gerardo Episcopo Sabinense. Fogiae.*

Bartholomaeus de Valentino Procurator rerum Curiae in Fogia, ut exsequatur litteras Petri de Stampis Secreti, Magistri Portulani, et Procuratoris, ac Magistri Salis Curiae in Apulia, quae exscribuntur, Cabellam Baiulationis Fogiae cum suis Iuribus locat iisdem personis, quibus anno praecedenti locata fuerat, unciis 100.

Per Franciscum de Angelo Notarium Fogiae.

N. 4.

Olim Arca II. Fasciculus 26, N. 22.

1285, *Novembris* 27, *Indictione* 14, *Roberti Comitis Atrebatensis, et Gerardi Episcopi Sabinensis anno I. Rubi.*

Commissarius Petri de Stampis Secreti, Magistri Portulani, et Procuratoris, ac Magistri Salis Curiae in Apulia, ut exsequatur mandatum Roberti Comitis Atrebatensis, quod exscribitur, revocat ad manus Curiae Terram Rubi, quae concessa prius Oddoni de Soliaco pro unciis auri 200, ab eo fuerat resignata.

Per Stephanum Notarium Rubi.

N. 5.

Olim Arca G. Fasciculus 4, N. 15.

1285, *Decembris* 17, *Indictione* 14, *Casalbuli.*

Gerardus Episcopus Sabinensis mandat Gulielmo de Fossis Iustitiario Terrae Bari, ut paret salmas frumenti 2000 pro faciendo biscotto (1) necessario *pro passagio* contra rebelles Siciliae (2).

---

(1) Hac voce *panem nauticum* indicari docent lexieographi. Patet ita dictum fuisse, quia semel atque iterum coquebatur, ut posset diutius servari. Revera ad instruendas naves, quibus impetebatur Sicilia, panis cura negligenda non erat; ac propterea multas membranas videmus hac de re agentes, ut vel mandata proferant, vel executionem significent.

(2) Ne credas, lector, Carolo I. vita functo, Andegavenses Siciliae recuperandae spem abiecisse. Habes enim ex hac, et in sequenti membrana ordinationes Ge-

N. 6.

Olim Arca C. Fasciculus 47, N. 13.

1286, *Martii* 25, *Indictione* 14, *Luceriae Saracenorum.*

Robertus Comes Atrebatensis mandat (1) Iustitiario Terrae Bari, ut solvat Petro de Stampis Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori Curiae in Apulia residuum pecuniae Officii Secretiae anni XIII. Indictionis pro conficiendo Biscotto necessario ad expeditionem in Siciliam.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 1, N. 11.

1286, *Aprilis* 6, *Indictione* 14, *Caroli Primogeniti Principis Salernitani anno II. Neapoli.*

Commissarius Alatrini domini Rimanni Capitanei (2) Neapolis, ut exsequatur litteras eiusdem Capitanei, quae exscribuntur, forbannit Martinum Frisum, eiusque bonorum mobilium tertiam partem vendit tarenis 2, reliquas vero adnotat pro Curia.
Per Barnabam de Constantino Notarium Neapolis.

N. 8.

Olim Arca H. Fasciculus 20, N. 10.

1286, *Aprilis* 9, *Indictione* 14, *Capuae.*

Gerardus Episcopus Sabinensis mandat Davidi de Vogeriis Aerario Capitaniae Neapolis, ut pro gagiis suis retineat tarenum auri unum per diem.

---

rardi Episcopi Sabinensis, et Roberti Comitis Atrebatensis, quibus opportuna ad iter in Siciliam proximo vere instituendum comparantur. Nec mirum, si Gerardus Sabinensis non modo nihil obstiterit; verum etiam consilio, et auctoritate sua, quae ab Roberto hac de re agebantur, confirmarit. Noverat enim Romanos Pontifices numquam Siciliae invasioni ab Aragonensibus factae consensisse, sed poenis spiritualibus Siculos, eorumque Reges fuisse insectatos. Vide Raynald. ad an. 1283, 1284, et 1285.

(1) Iustitiarii nomen, quod mutila nostra membrana non exhibet, Gulielmum de Fossis fuisse novimus; quum ex membrana Fasc. IV. n. 6, eum anno 1286 hoc munus iamdiu exercuisse constet.

(2) Fredericus II. Constit. *De Offic. Capitaneor. et Magistri Iustit.*, tit. XLIII. *Capitaneorum autem*, sancivit, ut Iustitiarius toti provinciae praeesset, singulas vero civitates proprium Capitaneum, a quo ius diceretur, haberent. Licebat etiam a Capitaneo ad Iustitiarium provocare, uti ab hoc ad Magnum Iustitiarium.

N. 9.

Olim Arca H. Fasciculus 10, N. 6.

1286, *Maii* 15, *Indictione* 14, *In Turri S. Herasmi prope Capuam.*

Gerardus Episcopus Sabinensis mandat Davidi de Vogeriis Aerario cum Alatrino de Ferentino Capitaneo Neapolis, ut solvat quotannis Iohanni de Suyaria Iudici et Assessori eius uncias auri 16, et Marco de Ferentino actorum Notario uncias auri 8 parvi ponderis (1) pro gagiis.

N. 10.

Olim Arca H. Fasciculus 38, N. 9.

1286, *Iunii* 9, *Indictione* 14, *Neapoli.*

Gerardus Episcopus Sabinensis mandat Guillelmo de Cateneto Iustitiario Principatus citra Serras Montorii, ut solvat gagia Capitaneo, et Servientibus Terrarum Paduli, et Montis Sani, ad rationem singillatim recensitam.

---

(1) Plura de hoc parvo pondere dicta sunt Vol. I. pag. 9, not. (1), ubi Fuscum, et Diodatium sequuti, et clarissimis documentis innixi, hoc pondus quamdam pecuniae imminutionem fuisse scripsimus, qua decima pars statutae mercedis auferebatur. Nunc autem dubium suboritur, num eadem decima pars ablata heic intelligatur, quum mox diploma adpareat datum post dies 37, quo signantur pro unciis 16 parvi ponderis, unciae 12 ponderis generalis pro gagiis solvendis Iudici et Assessori. Primo quidem suspicabamur id factum fuisse, quia Iohanni de Suyaria Iudici et Assessori alius adiunctus fuerit, qui illum adiuvaret, et minori mercede frueretur; quum soleat id fieri, ut per gradus ad maiora munera perveniatur. Sed id secundis curis minus placuit, quia ex Constitutione Frederici unus tantum admittebatur Iudex et Assessor Capitaneo, nec ob oculos exempla habemus alterius ad idem munus adsciti. Ceterum neque probabile visum est successori minorem pecuniae summam fuisse solutam pro eodem munere; tum quia tam brevi temporis spatio haec varietas nec credi temere debet, nec probari facile potest; tum quia Iohannes de Suyaria idem fortasse est, ac Iohannes de S. Felice, modo per cognomen, modo per patriam indigitatus. Autumamus itaque eadem de causa, qua Carolus I. ob varias Regni calamitates gagia imminuerat, postmodum Vicarios, urgente, ut notum est, graviore penuria, non decimam, sed quartam partem a gagiis sustulisse; ita ut sexdecim unciae ponderis parvi responderent duodecim unciis ponderis generalis. Huiusmodi autem morem usque ad tempora Iohannae I. invaluisse censemus, cum innumerae reperiantur membranae, in quibus Iudici et Assessori modo unciae 16 ponderis parvi, modo 12 ponderis generalis tribuantur. Vide Membran. Arc. C. Maz. 63, N. 11; et Arc. K. Maz 41, N. 28.

FASCICULUS IV.

N. 1.

Olim Arca H. Fasciculus 39, N. 7.

1286, *Iunii* 21, *Indictione* 14, *Neapoli.*

Gerardus Episcopus Sabinensis mandat Davidi de Vogeria Aerario statuto cum Alatrino de Ferentino Capitaneo Civitatis Neapolis, ut solvat quotannis Iohanni de S. Felici Iudici et Assessori uncias auri 12 ponderis generalis pro gagiis.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 13, N. 15.

1286, *Iunii* 24, *Indictione* 14, *Caroli Primogeniti Principis Salernitani anno II. Scalae.*

Iudex, et Notarius declarant Iohannem Burgundum Castellanum Castri Scalae tradidisse Gulielmo de Catineto Iustitiario Principatus Citra Serras Montorii mandatum Gerardi Episcopi Sabinensis, quod exscribitur, et quo praecipitur ipsi, ut solvat Castellano, et Servientibus Castri Scalae gagia ad rationem singillatim recensitam.

Per Matthaeum Scarapulum Notarium Scalae.

N. 3.

Olim Arca K. Fasciculus 46, N. 29.

1286, *Iunii* 26, *Indictione* 14, *Melfiae.*

Robertus Comes Atrebatensis mandat Guillelmo de Catenecto Iustitiario Principatus, ut, si constet quamdam Philippam Franciscam iniuste occupasse dimidium Terrae Albinellae, id restituat filiis Addae Ferrerii legitimis dominis.

N. 4.

Olim Arca H. Fasciculus 14, N. 10.

1286, *Iunii* 27, *Indictione* 14, *Neapoli.*

Gerardus Episcopus Sabinensis mandat Davidi de Vogeriis Aera-

rio Capitanei Neapolis, ut de quacumque fiscali pecunia faciat restaurare Brigulas quinque, Palatam, et Catenam Portus Neapolis (1).

N. 5.

Olim Arca II. Fasciculus 19, N. 4.

1286, *Iulii* 8, *Indictione* 14, *Neapoli*.

Gerardus Episcopus Sabinensis acceptat solutionem unciarum auri 31, tarenorum 15, et granorum 7 factam a Davide de Vogeria Aerario cum Alatrino de Ferentino Capitaneo Neapolis.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 43, N. 3.

1286, *Augusti* 22, *Indictione* 14, *Caroli Primogeniti Principis Salernitani*, *Gerardi Episcopi Sabinensis*, *ac Roberti Comitis Atrebatensis anno VI.* (sic) *Iuvenacii*.

Commissarii Guillelmi de Fossis Iustitiarii Terrae Bari, ut exsequantur mandatum Roberti Comitis Atrebatensis denuntiatum per litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, iniungunt Pheudatariis singillatim recensitis, ut die 1 Septembris conferant se Materam cum pheudali servitio profecturi contra hostes in Calabriam (2).

Per Augustinum Notarium Iuvenacii.

---

(1) Quid vox *Brigula* indicet, non dixere laxicographi. Eam vocis *Briga* diminutivum esse non ambigimus. *Briga* autem Celtis est *pons*. Vid. Buchananum lib. II. *Hist. Scot.*, et Cluverium in *Germ. Ant.* lib. I. Cap. 7. Vid. etiam Valesium in *Notit. Gall.* pag. 100, et 101. Ponebantur autem huiusmodi quinque ponticuli in satis amplo portu, quo commodius ad littus tum homines, tum merces exponerentur; et vice versa facilius navem littori appellantem homines aut conscenderent, aut onerarent.

Vox *Palata* palorum seriem indicat ad aquas coercendas; hac in portubus antiqui usi sunt. Vid. *Annal. Caesen.* apud Murat. tom. XIX. col. 1151, et 1183.

(2) Etsi de hac hostium irruptione, qua nonnulla Calabriae loca occupaverant, nulla est mentio in historicis nostratibus, non tamen idcirco falsam aut suspectam repute, lector, praesentem membranam; graviora enim tractantes historici, hanc paucorum hominum irruptionem, quae nullum sortita est effectum, merito neglexere. Ceterum hoc factum confirmat etiam Robertus Comes Atrebatensis in suo diplomate, dato Tarenti anno 1286, die 25 Iulii, XIV. Indictione, quod in ipsa membrana exscribitur, his verbis: *Guillelmus de Gazarando Capitaneus hostium collecto in Sicilia quod maiori potuit gentis exfortio in Calabriam rediit fideles offendere satagens.*

N. 7.

Olim Arca E. Fasciculus 65, N. 7.

1286, *Augusti* 31, *Indictione* 14, *Roberti Comitis Atrebatensis*, *et Gerardi Episcopi Sabinensis anno II. Canusii.*

Alexander de Philippo procurator Gregariae (1) ovium Curiae in Canusio, post subhastationem, vendit Abrahae, et Ioseo mercatoribus Hebraeis merces singilletim recensitas (2).

Per Pascalem Notarium Canusii.

N. 8. (3).

Olim Arca I. Fasciculus 32, N. 12.

1286, *Novembris* 8, *Indictione* 14, *Roberti Comitis Atrebatensis*, *et Gerardi Episcopi Sabinensis anno I. Lavelli.*

Commissarius Petri de Stampis Secreti, Magistri Portuleni, et Procuratoris, ac Magistri Salis Curiae in Apulia, ut exsequatur mandatum Roberti Comitis Atrebatensis denuntiatum per litteras eiusdem Secreti, quae exscribuntur, dat Symoni de Bellovidere Magistro Regiae Marescallae possessionem terrae Lavelli in Iustitiariatu Basilicatae ab eodem Roberto ipsi concessae.

Per Matthaeum Notarium Lavelli.

---

(1) *Gregaria* apud Lexicographos praedii rustici speciem indicat ubi grex ovium nutritur; at in nostris membranis sensu ampliori usurpatur: invenimus enim *gregaria porcorum*, etc.

(2) Lectoribus nostris non iniucundum fore speramus, si merces venditas, et eorum pretium heic exscribamus; inde enim et vocabula habentur glossariis supplendis opportuna, et vernacularum vocum origines agnoscuntur, et pretia rerum, admodum pro temporum vicissitudinibus immutata, possunt observari. » Pelles agnorum et agnarum quadringentas quinquaginta novem et edorum et » edarum triginta duas anni presentis non mereatas nec signatas Casei miliaria » sex pensas quinque degalatra tria et medietatem unius rotuli Recocti miliarie » tria pensas duas degalatra quatuor et quartam partem unius rotuli Lane grosse » miliarie duo pensas vigintiquatuor degaletre tria et tres partes alterius rotuli » computata subulia et Lane agnine pensas septem et rotulos tres ad supradi- » ctam rationem de granis duabus et medio pro qualibet pelle agnina de grano » uno pro qualibet pelle edine de unciis duabus et tarenis decem pro quolibet » miliare casei de uncia una tarenis septem et medio pro quolibet miliare re- » cocti de unciis auri duabus pro quolibet miliare lene grosse computate an- » bulie et de tarenis duobus et granis quinque pro qualibet pensa lane agnine.

(3) Haec membrana locum obtinet in Fascic. III. post num. 3; quia pro anno 1286 scribendum esset 1285. Vide pag. 24 not. (1).

N. 9.

Olim Arca H. Fasciculus 2, N. 74.

1287, (1286) (1) *Decembris* 27, *Indictione* 15, *Capuae*.

Gerardus Episcopus Sabinensis mandat Refortiato de Castellana Iustitiario Aprutii ultra flumen Piscariae, ut non procedat contra pheudatarios singillatim recensitos, eo quod iam solverant Adohamentum Regio Thesaurario.

N. 10.

Olim Arca G. Fasciculus 22, N. 5.

1287, *Aprilis* 11, *Indictione* 15, *Brundusii*.

Robertus Comes Atrebatensis mandat Magistris Rationalibus Regiae Curiae, ut examinent rationes Iustitiariatus dudum gesti in Capitanata a Berardo de S. Georgio.

FASCICULUS V.

N. 1.

Olim Arca B. Fasciculus 4, N. 1.

1287, *Aprilis* 15, *Indictione* 15, *Caroli Primogeniti Principis Salernitani anno III. S. Germani.*

Commissarii Balduyni de Supino Iustitiarii Terrae-Laboris, et Comitatus-Molisii, ut exsequantur Capitulum Roberti Comitis Atrebatensis denunciatum per litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, indicunt Baronibus, et Pheudatariis singillatim recensitis, ut equis, et armis muniti ultimo die Maii conferant se Capuam ad iussa eiusdem Roberti capessenda.

Per Benedictum de Leone Notarium S. Germani.

N. 2.

Olim Arca C. Fasciculus 47, N. 7.

1287, *Aprilis* 20, *Indictione* 15, *Brundusii*.

Robertus Comes Atrebatensis mandat Guidoni de Lymons Iusti–

(1) Hoc mandatum Gerardi anno 1286, non vero 1287 scriptum puteamus, quia XV. exhibet indictionem, quae a Kal. Septembris 1286 incepit; nec in Cancelleria tunc temporis alius indictiones enumerandi mos locum obtinebat.

tiario Terrae–Ydronti, ut quam citissime mittat ad Curiam residua subventionum, et donorum plurium Civitatum, et nihil expendat, nisi pro panatica, et quarrellis.

N. 3.

Olim Arca G. Fasciculus 41, N. 6.

1287, *Maii* 15, *Indictione* 15, *Neapoli.*

Gerardus Episcopus Sabinensis mandat Malgerio de Brussis Iustitiario Principatus citra Serras Montorii, ut colligat a Praelatis, Baronibus, et Universitatibus provinciae suae iurisdictionis pecuniam promissam in subsidium belli gerendi contra Rebelles (1).

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 67, N. 16.

1287, *Maii* 26, *Indictione* 15, *Heredum Caroli I. anno III. Corneti.*

Raymundus Carbonellus, ut exsequatur mandatum Roberti Comitis Atrebatensis, quod exscribitur, incipit exercere officium Iustitiariatus Capitanatae.

Per Silvestrum Notarium Corneti.

---

(1) Quaenam sit quantitas pecuniae a ceteris Universitatibus promissa *pro subsidio passagii* in Siciliam, ex hac membrana nescimus. Eruimus tantum Universitatem Castri-Maris de Stabia uncias auri 30, totidemque Universitatem Nuceriae Christianorum promisisse.

Iuvat autem pauca exscribere, quae nonnulla ad Siciliam recuperandam suscepta, expeditionis progressum indicantia, et ab historicis omissa perhibent: » Successus prosperos felicis Extolii Regii quod una cum predicto Combaiulo nostro (*Roberto*) in Siciliam cum equitibus et peditibus in numaro copioso contra rebelles et hostes de novo transmisimus tibi (*Iustitiario Principatus Citra*) nunciantes ad gaudium scire te volumus quod ipso Extolio Insulam Malte feliciter applicante Castrum et terra immediate ad mandata Regia redierunt ac dein ad terram Aguste hostiliter accedente terram ipsam habuerunt absque difficultatis obstaculo et nostris in terra ipsa manentibus nuncii Eraclie venerunt ad illos terram ipsam in eorum manibus offerentes et terre alie plures sicut plene didicimus fecerunt simile et creditur quod in brevi tempore tota vel maior pars Sicilie recuperabitur divina gratia faciente.

*

N. 5.

Olim Arca H. Fasciculus 20, N. 6.

1287, *Octobris..Indictione* 1, *Bari.*

Robertus Comes Atrebatensis mandat Petro de Cadro Iustitiario Terrae-Ydronti, ut exigat pecuniam oblatam ab Universitatibus singillatim recensitis pro liberatione Principis Salernitani (1).

N. 6.

Olim Arca B. Fasciculus 3, N. 20.

1287, *Novembris* 22, *Indictione* 1, *Caroli Principis Salernitani anno XVII., et Caroli Primogeniti eiusdem anno IV. Surrenti.*

Petrus Dominisari Magister Iuratus Surrenti, ut exsequatur mandatum Gerardi Episcopi Sabinensis, denuntiatum per litteras Mangerii de Bursis Iustitiarii Principatus citra Serras Montorii, quae exscribuntur, capit bona mobilia hominum singillatim recensitorum, quia non solverant residuum Cabellae Baiulationis Surrenti.

Per Matthaeum Cirleonum Notarium Surrenti.

---

(1) Tria sunt, quae in hac membrana adnotanda videntur. Primum, quod praeter subsidium, de quo modo egimus, *pro passagio*, alterum etiam exigeretur *pro liberatione Principis Salernitani*. Quum enim hoc anno, uti tradunt rerum nostrarum scriptores, inter Pontificem, Odoardum Regem Angliae, et Alfonsum Regem Aragoniae de liberatione Principis Salernitani ageretur, inter alia pacta illud erat, quod 30000 marcae argenti ipsi Regi Aragoniae solverentur. Vid. Giannon. lib. XXI. cap. 2, Constant. lib. III. *Foedera, Conventiones* etc. *inter Reges Angliae, et alios*, pag. 342. Comes igitur Atrebatensis, ut huic promissioni satisfaceret, ab Universitatibus regni subsidium poposcit, quod promissum, nostra membrana recolligendum mandat. Alterum, quod non omnes Universitates ad istud Regi officium exhibendum devenerint; siquidem celebriores tantum, eaeque pro facultatum diversitate, et suum erga Regem amorem diversas pecuniae summas obtulerant. Tertium, quod membrana nostra, nisi mutila esset, summam huius subsidii in Iustitiariatu Terrae-Hydrunti collectam, haberemus. Utcumque autem res se habeat, iuverit fortasse hanc particulam exscribere: » Nomina vero Universitatum ipsarum et (quantitates) pecunie per » quamlibet earum promisse hec sunt videlicet Universitas terre Brundusii pro» misit uncias auri trecentas Universitas...........auri trecentas Universitas » Ydronti uncias auri quinquaginta septem tarenos tres et granos novem Uni» versitas Hostunii uncias......tarenos decem et octo et granos decem et octo » Universitas Neritoni uncias auri centum octuaginta unam tarenos decem.... » Universitas Horie uncias auri sexaginta tres tarenos septem et granos quinque.

N. 7.

Olim Arca L. Fasciculus 5, N. 50.

1287, ... *Indictione* 1, *Caroli Primogeniti Principis Salernitani anno..Amalfiae.*

Landulfus Ayossa Secretus, Magister Portulanus, et Procurator, et Magister totius Salis Principatus, Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, post subhastationem, dat in extaleum Marino de Iudice Cabellam Fundici, et Dohanae Amalfiae pro unciis 185, et Cabellam ferri, picis, et aczari eiusdem Civitatis pro unciis auri 47.
Per Petrum de Felice Notarium Amalfiae.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 36, N. 33.

1288, *Ianuarii* 15, *Indictione* 1, *Heredis Caroli I. anno IV. Tarenti.*

Petente Iacobo de Protoncino Magistro Salis Curiae in Terra-Ydronti, transumitur in formam publicam mandatum Roberti Comitis Atrebatensis, quo concedit familiae Parmerii de Riso, qui a Sicilia aufugerat, uncias auri 12 per annum, de proventibus Salinarum Laci, et Lempnae pro sua substentatione.
Per Guillelmum de Magistro Leone Notarium Tarenti.

N. 9.

Olim Arca D. Fasciculus 20, N. 3.

1288, *Martii* 16, *Indictione* 1, *Turri.*

Gerardus Episcopus Sabinensis mandat Petro Pilecti Iustitiario Terrae-Laboris, ne procedat contra Peregrinum Benedicti, et Benedictum de Nazaro, quia iam aderant Magistros Rationales Regiae Curiae.

N. 10.

Olim Arca G. Fasciculus 24, N. 7.

1288, *Martii* 27, *Indictione* 1, *Fogiae.*

Robertus Comes Atrebatensis mandat Gazoni Chinardo, ut reddat rationes officii Capitaniae, et reparationis Vassellorum ab ipso gesti.

FASCICULUS VI.

N. 1.

Olim Arca F. Fasciculus 81, N. 12.

1288, *Aprilis* 1, *Indictione* 1, *Roberti Comitis Atrebatensis*, *et Gerardi Episcopi Sabinensis anno IV. Botonti.*

Iacobus Rogadeus de Botonto eligit suum procuratorem Iacobum de Neapoli; ut Curiam adeat, et respondeat quibusdam dubiis de officio Secretiae in Terra-Ydronti, quod gesserat.

Per Angelum Notarium Botonti.

N. 2.

Olim Arca D. Fasciculus 49, N. 11.

1288, *Maii* 31, *Indictione* 2 (1), *Caroli Primogeniti Principis Salernitani anno IV. S. Andrea.*

Petentibus Magistris Massariarum Curiae in Bisselleto, Iudex, et Notarius adhibitis viris peritis declarant damnum allatum supradictis Massariis Regiis a gelu, et siccitate.

Per Palmerium Notarium S. Andreae.

N. 3.

Olim Arca D. Fasciculus 32, N. 5.

1288, *Iunii* 5, *Indictione* 1, *Heredum Caroli I. anno IV. Manfridoniae.*

Raynaldus Cugnectus, et Iohannes dictus Niger Magistri Portulani, et Procuratores Apuliae, post subhastationem locant Cabellam Baiulationis Manfridoniae Notario Iacobino de Troya unciis 308 pro praesenti anno.

Per Benevenutum Notarium Manfridoniae.

N. 4.

Olim Arca G. Fasciculus 89, N. 7.

1288, *Iunii* 27, *Indictione* 1, *Venusii.*

Robertus Comes Atrebatensis mandat Nicolao de Roma, et Sociis statutis pro conficiendo, et servando Biscotto Curiae in Barolo, ut putridum Biscottum subhastationi submittant; et si nemo illud emere velit, coram Iudice, et Notario proiiciendum curent.

N. 5.

Olim Arca D. Fasciculus 46, N. 1.

1288, *Augusti* 8, *Indictione* 1, *Caroli Primogeniti Principis Salernitani anno IV. in S. Andrea in Stangnis.*

Monachi Monasterii S. Petri de Turri-Maiori transferunt se, et bona sua in sacram Militiam Domus Templi, ac mittunt nuncium ad Pontificem Nicolaum IV., ut hanc translationem confirmet (1).

Per Bartholomaeum Notarium S. Andreae.

---

(1) Ad ea, quae Vol. I. pag. 89, not. (1) de Templariis scripsimus, alia adcedunt, quae ex nostra membrana eruontur. Ac primo quom eorum potentia, ac privilegia ipsis concessa satis superque aucta fuissent, ita ut ad sommum divitiarum, libertatisque gradum pervenissent; mirum non fuit, si Monachi S. Petri de Turri Maiori, sive ob rerum necessariarum inopiam, sive ob collapsi Monasterii ruinas, sive ut commodiorem vitam agerent, ac praesertim ut propriis superioribus non ultra parerent, ad Militiam Templi confugerint. Quod et sine ulla Pontificis auctoritate factum constat ex ipsa membrana, qua nuncii ad Pontificem mittuntur, ut eorum translationem iam pridem factam confirmet. Quumque de hoc Monasterio admodum rarae sint notitiae, non piguit ipsam membranam, cui in hac serie nulla similis emersit, exscribere.

» Anno dominice Incarnationis millesimo ducentesimo octuagesimo octavo
» dominante.............nostro Karulo primogenito et herede illustris domini
» principis .... Sicilie ducatus Apulie et principatus Capue
» principatus.................Andegavie Provincie Forcalquerii et Tornodorii
» domino dominii vero eius anno quarto Dio dominico octavo Agusti prime
» Indictionis apud sanctum Andream in Stangnis Nos lacobns de Galterio Sancti
» Andree Iudex Bartholomens publicus eiosdem notarius et testes subscripti de
» eadem terra ad hoc specialiter vocati et rogati presenti publico scripto notum
» facimus et testamur quod cum nuper favente domino et per ispirationem di-
» vinam vota omnium monachorum monasterii Sancti Petri de Turri Maiori suas
» direserunt voluntates propter multorum sibi iuminantium necessariorum defe-
» ctum hac evidenti utilitate eiusdem monasterii quam quilibet evidanter intelligit
» qui providenter atendit ad unanimiter et concorditer donandum seu transferen-
» dum prefatum monasterium cum omnibus iuribus et pertinentiis suis in sacram
» militiam domus templi Nos aprobantes et laudantes dictorum monachorum
» propositum hac donationem seu translationem predictam cum hominibus grata
» esse debeat deo pariter et accepta cum eodem monasterio in temporalibus et
» spiritualibus collapso totaliter nulla nisi ista salutaris hac remedii via poterat
» superesse adprobantes ratificantes hac laudantes quod per prefatos monachos
» actum hac celebratum est in donatione et translatione prefata hac votum et
» gerentes propositum quod deo et hominibus pariter sit actum communi voto vo-
» luntate et proposito fecimus et ordinamus magistrum Iacobum gramatieum de
» eadem terra Sancti Andree procuratorem sindicum seu actorem ad conferen-
» dum se nomine et pro parte nostra coram summo et sanctissimo pontifice do-
» mino Nicolao PP. quarto hac sede apostolica ad petendam et obtinendam con-
» firmationem a prefato summo pontifice seu a sede apostolica donationis seu

N. 6.

Olim Arca B. Fasciculus 13, N. 10.

1289, (1288) (1) *Septembris* 15, *Indictione* 2, *Caroli Primogeniti, et Heredis Principis Salernitani anno IV. Brundusii.*

Petente Achille Caballero Dohanerio, et Fundicario Brundusii transumitur in formam publicam mandatum Roberti Comitis Atreba-

---

» translationis predicte promittentes sub ypotheca bonorum omnium universitate » nos ratum habituros et firmum quicquid prefatus procurator sindicus seu actor » super premissis duxerit faciendum rogante nihilominus et humiliter intercedente apud sedem eamdem ut eamdem petitionem nostram prefatorum monachorum propositum et translationem eamdem factam pro evidenti necessitate » et utilitate ipsius monasterii quod nobis et aliis tanto clarius et veridius se » obstendit quanto viciniores et propinquiores impugnationes ipsius monasterii » ratione vicinitatis et compassionis eiusdem melius cognovimus aedes eadem » dignetur si complacet humiliter exaudire in cuius rei testimonium presens publicum instrumentum exinde factum est per manus mei predicti Bartolomei pu» blici Sancti Andrea Notarii signo meo solito sigillo et subscriptione mei predicti » iudicis et nostrorum qui interfuimus testium subscriptionibus roboratum.

» Signum Crucis proprie manus Iacobi de Galterio qui supra Sancti Andree » Iudicis.

» Signum crucis proprie manus Bartholomei Ferranti testis
» Signum crucis proprie manus Robberti de Corrado testis
» Signum crucis proprie manus Petri de Atino testis
» Signum crucis proprie manus Matthei Angeli de Basilio testis
» Signum crucis proprie manus Martini de Ypolito testis
» Signum crucis proprie manus Iohannis Marci testis
» Signum crucis proprie manus Iacobi de Tangredo testis
» Signum crucis proprie manus Clementi Bartholomei Rubei testis
» Signum crucis proprie manus Nicolai Dompni Mainardi testis
» Signum crucis proprie manus Benedicti Petri Beneventi testis
» Signum crucis proprie manus Salvoli de Guillelmo testis
» Signum crucis proprie manus Iohannis Greci Iuvenis testis

(1) Etsi haec membrana *anno millesimo ducentesimo octogesimo nono* scripta dicatur, tamen eam ad annum praecedentem revocandam esse luculentissimis argumentis demonstrari potest. Primo quidem comperta res est Carolum II. anno 1289 a captivitate liberatum in Regnum rediisse; et in Fascic. XI. N. 3 legimus mandatum hoc ipso imperante *datum Venafri anno domini millesimo ducentesimo octogesimo nono die XXVIII. Iunii II. Indictionis.* Non poterat ergo Notarius die 15 Septembris 1289, aut Regis adventum ignorare, aut ita annos signare, uti per eius captivitatem signabantur, nec formulam recipere, quae postea rerum natura urgente invecta fuit. Praeterea si litterae Roberti Comitis Atrebatensis, quae in ipsa membrana exscribuntur, datae sunt *anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo octavo die sexto Februarii primae indictionis;* procul dubio membrana ipsa, quae die 15 Septembris 2 Indictionis scripta dicitur, ad eumdem annum 1288 pertinere debet. Quum enim litterae ipsae contineant *adsignationem gagiorum* pro Durando de Benedicto Portulano Brundusii,

tensis, quo Durandus de Benedicto constituitur Portulanus Brundusii, et praecipitur Dohaneriis, et Fundicariis Brundusii, ut ei gagia solvant ad rationem tareni auri 1 per diem.

Per Guillelmum Pulpum Notarium Brundusii.

N. 7.

Olim Arca K. Fasciculus 41, N. 41.

1288, *Septembris* 23, *Indictione* 2, *Rivi-Nigri.*

Robertus Comes Atrebatensis mandat Iacobo Campaniola Iustitiario Aprutii ultra flumen Piscariae, ut non procedat contra Guillelmum de Pontiaco, ac Iohannem fratrem, qui servitium non praestiterant, eo quod absentes erant ad Regia munera exercenda.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 54, N. 1.

1288, *Septembris* 23, *Indictione* 2, *Caroli Primogeniti Principis Salernitani anno IV. Neapoli.*

Paulus Planella, et Nicolaus Burdonus, ut exsequantur litteras Ligorii Minutoli Secreti, Magistri Portulani, et Procuratoris, et Magistri Salis Curiae in Principatu, Terra-Laboris, et Comitatu Molisii, quae exscribuntur, incipiunt exercere officium procurationis demaniorum, morticiorum, et excandentiarum Curiae in Aversa, eiusque pertinentiis.

Per Iohannem Sparella Notarium Neapolis.

---

et in ipsis mandetur, ut in publicam formam redigantur, et penes eumdem Durandum remaneant, incredibile omnino est post decem et octo menses id peractum esse, ac interea eumdem Durandum *gagia* non percepisse. Denique novum non est, ut in chartis apud nos conscriptis annus Pisanus passim adhibeatur Vid. De Meo *Appar. Cronol.* Cap. 1. §. 1. Hic autem annus, quia a conceptione Christi incipiebat (Vid. Mabillon. *de Re Diplomat* Lib. II. cap 23. §. 111., et Murat. *Dissertat. de Diplomatis antiquis*, etc.) novem circiter mensibus annum communem praecedebat; scilicet qui eo utebantur, ab VIII. Kal. Aprilis anni communis annum insequentem scribebant. Hinc a Kal Ianuarii usque ad IX. Kal. Aprilis cum anno communi convenire videbatur. Haec igitur fortasse fuit ratio, cur Notarii in epocha signanda annum 1289 pro 1288 in hac membrana, et aliis, quas in Fasc. sequentibus proferemus, scripserunt.

N. 9.

Olim Arca H. Fasciculus 18, N. 3.

1288, *Septembris* 25, *Indictione* 2, *Neapoli.*

Gerardus Episcopus Sabinensis mandat Iacobo de Campangola Iustitiario Aprutii ultra flumen Piscariae, ut non exigat uncias auri 2 ab Universitate Carpineti pro residuo generalis subventionis, quia iam solutae fuerant.

N. 10.

Olim Arca K. Fasciculus 51, N. 22.

1288, *Octobris* 25, *Indictione* 2, *Neapoli.*

Gerardus Episcopus Sabinensis mandat Iacobino de Campaniola Iustitiario Aprutii ultra flumen Piscariae, ut non exigat a terris subiectis Amelio de Agota quoddam residuum generalis subventionis, donec istae, quae vastatae erant (1), restaurentur.

F A S C I C U L U S VII.

N. 1.

Olim Arca H. Fasciculus 58, N. 13.

1288, *Novembris* 19, *Indictione* 2, *Neapoli.*

Gerardus Episcopus Sabinensis declarat se per Regium Thesaurarium habuisse mutuas uncias auri 30 ponderis generalis a Bartholomaeo de Arcu, et Madio Rubeo Dohaneriis, ac Fundicariis Dohanae Neapolis.

---

(1) Haec *vastatio* non repetenda est ab aliqua publica calamitate, uti a terraemotu, alluvione, grandine, etc. tum quia nullam de hac in Chronicis mentionem habemus: tum quia in charta aperte scribitur *Gualterii de Villaneo proditoris assumpta temeritas terras Amelii de Agota finali quodamodo destructione vastavit.* Quisnam vero fuerit iste Gualterius, et cur haec damna intulerit, aliis inquirendum relinquo.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 37, N. 12.

1289, (1288) (1) *Novembris* 29, *Indictione* 2, *Caroli Primogeniti Principis Salernitani anno IV. Baroli.*

Petente Angelo de S. Cruce Prothoncino Baroli, transumitur in formam publicam mandatum Roberti Comitis Atrebatensis, quo praecipitur Dohaneriis, et Fundicariis Baroli, Cabellotis vel Credenzeriis, ut solvant quotannis eidem Angelo uncias 12 pro officio Prothoncinatus, quod patri suo exuli, eiusque heredibus ab S. Sede fuerat concessum.
Per Thomasium Notarium Baroli.

N. 3.

Olim Arca II. Fasciculus 36, N. 2.

1289, (1288) (2) *Decembris* 7, *Indictione* 2, *Gerardi Episcopi Sabinensis, et Roberti Comitis Atrebatensis anno IV. Trani.*

Petente Nicolao de Prothoncino transumitur in formam publicam mandatum Roberti Comitis Atrebatensis, quo praecipitur Secretis Apu-

---

(1) Ad ea confirmanda, quae pag. 24, not. (1) diximus de anno Pisano in quibusdam membranis agnoscendo, proderit etiam id evidentius eruere ex praesenti instrumento. Heic enim anno 1289, die 29 Novembris adscribitur Iudex Angelus de Pesquicio, qui a mense Septembris 1288 ad mensem Augusti 1289 officium Iudicis ad contractus exercuit. Nam in membrana Fasc. X. N. 7 adparet ipsum anno 1289, die 27 Aprilis hoc munus gessisse. Et satis superque constat *Iudices ad Contractus annales* fuisse, et quotannis mense Septembri novos ab universitatibus eligi; ita ut si quando eorum electio quavis de caussa differretur, tunc a Kal. Septembris Iudices anni praecedentis scriberent se contractibus interfuisse *in defectu iudicum illius anni nondum creatorum.* Praeterea Malgerius, et Iohannes Manione, qui in hac membrana dicuntur *Dohanerii et Fundicarii Baroli presentis anni secunde indictionis*, in alia membrana scripta anno 1289, die 5 Iulii II. indictionis dicuntur etiam *dohanerii et fundicarii Baroli presentis anni secunde indictionis.* Quum ergo haec altera membrana procul dubio ad annum communem 1289 pertineat, quippe quae post liberationem Caroli II. scripta conspiciatur, nostram ad annum praecedentem retrahendam esse patet.

(2) Et haec membrana ceteris, quae ad annum 1288 pertinent, est accensenda, quum anno IV. Gerardi Episcopi Sabinensis, et Roberti Comitis Atrebatensis dicatur scripta, qui iamdiu ob reditum Caroli II. a suo munere cessarant, uti postmodum ostendemus.

*

hae, ut solvant quotannis eidem Nicolao uncias 10 de pecunia iuris *Mezullorum* (1) Tarenti, quas ipsi concesserat sub servitio dimidii militis.
Per Marinum Notarium Trani.

N. 4.

Olim Arca II. Fasciculus 38, N. 17.

1289, (1288) (2) *Decembris* 9, *Indictione* 2, *Gerardi Episcopi Sabinensis, et Roberti Comitis Atrebatensis anno V. Trani.*

Portulani Trani, ut exsequantur litteras Angeli de Pando, et Iacobi Bovis Secretorum, Magistrorum Portulanorum, et Procuratorum Apuliae, et Magistrorum Portulanorum Aprutii, quae exscribuntur, sinunt Bartholomaeum Thomasii Barberii extrahere de portu Trani frumenti salmas 100 vehendas Brundusium sine iure exiturae.
Per Mangum Notarium Trani.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 36, N. 2.

1289, (1288) (3) *Decembris* 13, *Indictione* 2, *Gerardi Episcopi Sabinensis, et Roberti Comitis Atrebatensis anno V. Trani.*

Petentibus Cabellotis Dohanae, et Fundici Trani, transumuntur in formam publicam duo instrumenta, quorum altero Benevenuta uxor quon-

(1) Nec *mezullum*, nec *ius mezullorum* in glossariis reperire mihi licuit; at in Scriptoribus vernaculis fere coaevis invenimus saepe *il mezzule* (Vide Dant. *Inf.* 28, *Cant. Carn.* 169, *Morgante* XXII. 163, Burch I. 13, et 124), qua voce media tabula dolii denotatur, quae perforatur, ut vinum possit emitti. Quoties autem Scriptores nuper recensiti *del mezzule* verba faciunt, ad vinum vel vendendum, vel ebibendum sermonem intendunt. Inter ceteras itaque Cabellas illa fuisse videtur, qua *ius mezullorum* exigebatur; scilicet ius perforandi dolium, ut vinum populo venderetur. In multis hodie dum locis adest huiusmodi Cabella, quae vocatur *del vino a minuto*, aut *del dritto di mettere la cannella.*

(2) In hac membrana annus Pisanus etiam adnotatur, et hoc vel ex eo patet, quod idem Iudex Henricus aliis contractibus notatis Fascic. XI. N. 4, anno 1289, die 29 Iunii, et Fasc. XIII. N. 1, die 15 Iulii adfuit; quod ostendit ipsum a Kal. Septembris 1288, hoc officium gessisse.

(3) Annum, qui in hac membrana desideratur, 1289, secundum Pisanorum methodum fuisse putavimus, cum instrumentum secundo loco exscriptum hanc ferat notam Chronologicam: *anno millesimo ducentesimo octogesimo nono..... ultimo die mensis Septembris secunde indictionis.* Quumque hoc instrumen-

dam Tancredi de Murano constituit suum procuratorem Iohannem Pipini Regiae Curiae Rationalem, ut exigat a praedictis Dohaneriis, et Fundicariis quotannis uncias 20 ipsi concessas ab Roberto Comite Atrebatensi pro damnis illatis ab hostibus; altero autem ipse Iohannes substituit Lucam de Dompna Bona.

Per Nicolaum Notarium Trani.

N. 6.

Olim Arca A. Fasciculus 92, N. 4.

1289, (1288) (1) *Decembris* 13, *Indictione* 2, *Heredum Caroli I. anno IV. Materae.*

Petende Nicolao de Seminaria transumitur in formam publicam mandatum Roberti Comitis Atrebatensis, quo praecipitur Baiulis Materae, ut solvant quotannis ipsi Nicolao uncias 6, pro damnis ei allatis ab hostibus.

Per Iacobum Notarium Materae.

N. 7.

Olim Arca E. Fasciculus 12, N. 6.

1289, (1288) (2) *Decembris* 18, *Indictione* 2, *Heredis, et Successoris Caroli I. anno IV. Baroli.*

Portulani, et Credenzerii Baroli, ut exsequantur litteras Angeli de Pando, et Iacobi Bovis Secretorum, Magistrorum Portulanorum, et

---

tum idem Notarius Thomasius rogaverit, qui et praesentem membranam conscripsit; utique censendum est anno Pisano utrobique usum fuisse. Idque ex his, quae de annis Caroli II., et de Indice ad contractus Henrico disserimus, confirmatur.

(1) Heic etiam annus 1289 pro 1288 scribitur.

(2) Ne in illum incidamus errorem, qui diplomaticis satis communis est, ut ex Notario instrumenta conscribente, vel, quod peius est, ex loco ubi scripta sunt certum argumentum eruant ad annum investigandum, animadvertendum est in hac quidem membrana ex rationibus hactenus enucleatis annum Pisano calculo esse intelligendum; sed eumdem Notarium Baroli Iohannem de Cantore interdum anno communi fuisse usum. Etenim in Fascic. II. N. 4. instrumentum dicit confectum *anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo ducentesimo octogesimo quinto dominante herede et successore quondam magnifici domini Karoli..........eius dominii anno primo mense Iulii vicesimo secundo die eiusdem tertiedecime indictionis.* Et N. 8. aliud instrumen-

Procuratorum Apuliae, et Magistrorum Portulanorum Aprutii, quae exscribuntur, sinunt Petrum Barberium extrahere de portu Baroli frumenti salmas 100, et totidem hordei vehendas Monopolum sine iure exiturae.

Per Iohannem de Cantore Notarium Baroli.

N. 8.

Olim Arca G. Fasciculus 69, N. 6.

1289, (1288) (1) *Decembris 23, Indictione 2, Roberti Comitis Atrebatensis, et Gerardi Episcopi Sabinensis anno IV. Ydronti.*

Vicesecreti, et Vicemagistri Procuratores Terre–Ydronti declarant, post subhastationem, se anni praecedentis Cabellotis locasse iura Curiae in Ydronto pretio singillatim recensito.

Per Raonem Notarium Ydronti.

N. 9.

Olim Arca G. Fasciculus 2, N. 17.

1288, *Decembris 29, Indictione 2, Fogiae.*

Angelus de Pando, et Iacobus Bos Secreti, Magistri Portulani, et Procuratores Apuliae, ac Magistri Portulani Aprutii declarant, post subhastationem, se anni praecedentis Cabellotis locasse Cabellam Baiulationis Fogiae cum suis iuribus unciis 130.

Per Nicolaum Cannabinum Notarium Fogiae.

---

tum scriptum *anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo ducentesimo octogesimo quinto dominante herede etc. eius dominii anno primo mense Augusti quinto die eiusdem tertie decime indictionis.* In his duobus instrumentis ipse Notarius Iohannes de Cantore annum communem adhibet; secus enim non 1285, sed 1286 scribere debuisset. In nostra autem membrana, si anno communi etiam usus esset, non IV. sed V. Heredis Caroli I. scribere debuisset, quum tot intersint inter 1285, et 1289. Praeter quam quod ea, quae pag. 24, not. (1) de epocha liberationis Caroli II. diximus, hanc membranam ad annum 1288 amandant. Et Iudex Tancredus de domino Sansone subscribit aliis membranis scriptis die 22 Ianuarii 1289, Fascic. VIII. N. 6, et die 28 Martii 1289, Fasc. IX. N. 8, et die 13 Aprilis 1289, Fascic. X. N. 2, et die 5 Iulii 1289, Fascic. XI. N. 6, et die 11 Iulii 1289, Fascic. XII. N. 6 et die 14 Augusti 1289, Fascic. XIV. N. 2, et die 16 Augusti 1289, Fascic. XIV. N. 6; quod utique ostendit ipsum a Kal. Septembris 1288, ad Kal. Septembris 1289 Iudicatus officium gessisse.

(1) In hac membrana etiam annum Pisanum observamus, quum tempore captivitatis Caroli II. scripta videatur.

N. 10.

Olim Arca A. Fasciculus 8, N. 5.

1289, (1288) (1).............*Indictione* 2, *Gerardi Episcopi Sabinensis , et Roberti Comitis Atrebatensis anno... Trani.*

Petente Cabelloto Cabellae ferri , aczari, et picis in Trano, transumuntur in formam publicam plures apodixae, quibus declaratur pecunia ab se soluta.

Per Marinum Notarium Trani.

FASCICULUS VIII.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 16, N. 8.

1289, *Ianuarii* 5, *Indictione* 2, *Heredum Caroli I. anno IV. Spinaciolae.*

Angelus de Pando, et Iacobus Bos Magistri Portulani, et Procuratores Apuliae, post subhastationem , et fideiussionem, locant Cabellam Baiulationis Spinaciolae Sturiono de Gualterio, et Petro de Ardoyno unciis auri 53.

Per Nicolaum Notarium Spinaciolae.

N. 2.

Olim Arca H. Fasciculus 37, N. 12.

1289, *Ianuarii* 6, *Indictione* 2, *Heredum Caroli I. anno IV. Manfridoniae.*

Portulani Manfridoniae , ut exsequantur litteras Angeli de Pando , et Iacobi Bovis Magistrorum Portulanorum , et Procuratorum Apuliae, et Magistrorum Portulanorum Aprutii, quae exscribuntur, sinunt Amfusum Rufulum extrahere de portu Manfridoniae frumenti salmas 140 vehendas Monopolum sine iure exiturae.

Per Benevenutum Notarium Manfridoniae.

---

(1) Haec membrana mutila est : tamen anno 1288 scriptam esse non ambigimus ; quum eadem argumenta, quae de praecedentibus enucleata sunt, heic quoque suppetant.

N. 3.

Olim Arca E. Fasciculus 60, N. 15.

1289, *Ianuarii* 8, *Indictione* 2, *Caroli Primogeniti Principis Salernitani anno IV. Introduci.*

Stephanus Magistri Simonis Secretus, Magister Procurator, et Magister Salis Curiae in Aprutio, post subhastationem, locat Adinulfo Berardi Cabellam Baiulationis Introduci unciis auri 17.

Per Angelum Pauli Notarium Introduci.

N. 4.

Olim Arca D. Fasciculus 85, N. 15.

1289, *Ianuarii* 10, *Indictione* 2, *Gerardi Episcopi Sabinensis, et Roberti Comitis Atrebatensis anno IV. Monopoli.*

Iacobus Bos, et Angelus de Pando Secreti, Magistri Portulani, et Procuratores Apuliae, ac Magistri Portulani Aprutii, declarant, post subhastationem, se anni praecedentis Cabellotis locasse Cabellam Iuvenacii, Bari, et Monopolis.

Per Leonem Notarium Monopolis.

N. 5.

Olim Arca G. Fasciculus 89, N. 8.

1289, *Ianuarii* 12, *Indictione* 2, *Gerardi Episcopi Sabinensis, et Roberti Comitis Atrebatensis anno V. Bari.*

Petentibus Dohaneriis, et Fundicariis Bari transumuntur in formam publicam litterae Sparari de Baro Magistri Rationalis, quo ad vitandas fraudes, eis praescribitur, ut solvant gagia Castellanis, et Servientibus Bari, Trani, et Baroli coram Girardo de Marsilia.

Per Marinum Magistri Alexandri Notarium Bari.

N. 6.

Olim Arca F. Fasciculus 45, N. 10.

1289, *Ianuarii* 22, *Indictione* 2, *Heredis, et Successoris Caroli I. anno V. Baroli.*

Portulani Baroli, ut exsequantur litteras Iacobi Bovis, et Angeli de Pando Secretorum, Magistrorum Portulanorum, et Procu-

ratorum Apuliae, et Magistrorum Portulanorum Aprutii, quae esscribuntur, sinunt Procuratorem Iohannis de S. Cruce extrahere de portu Baroli frumenti salmas 100 sine iure exiturae, vehendas Monopolim.

Per Iohannem de Cantore Notarium Baroli.

N. 7.

Olim Arca H. Fasciculus 57, N. 20.

1289, *Februarii* 4, *Indictione* 2, *Heredum Caroli I., Gerardi Episcopi Sabinensis, et Roberti Comitis Atrebatensis anno V. Bari.*

Petentibus Angelo de Pando, et Iacobo Bove Secretis, Magistris Portulanis, et Procuratoribus Apuliae, transumuntur in formam publicam litterae Roberti Comitis Atrebatensis, quibus denuntiat se locasse Iohanni Gualterio de Trencia Cabellam iurium salis ex salinis Bari pro tribus annis, unciis auri 230 ponderis generalis.

Per Silverium Notarium Bari.

N. 8.

Olim Arca H. Fasciculus 11, N. 1.

1289, *Februarii* 12, *Indictione* 2, *Neapoli.*

Gerardus Episcopus Sabinensis mandat Iacobo de Campaniola Iustitiario Aprutii ultra flumen Piscariae, ut recipiat Stipendiarium equitem Baldum de Froa, eique solvat gagia consueta.

N. 9.

Olim Arca F. Fasciculus 18, N. 4.

1289, *Februarii* 19, *Indictione* 2, *Heredum Caroli I. anno V. Iuvenacii.*

Universitas Iuvenacii eligit Notarium Passariccium Syndicum, et Procuratorem, ut adeat Angelum de Pando, et Iacobum Bovem Secretos, Magistros Portulanos, et Procuratores Apuliae, eisque adsignet litteras Sparari de Baro, et Ildebrandini de Florentia Magistrorum Rationalium, quibus permittebatur extractio salmarum 400 frumenti de portubus Manfridoniae ad usum hominum Iuvenacii.

Per Iohannem Paulum Notarium Iuvenacii.

5

N. 10.

Olim Arca II. Fasciculus 10, N. 10.

1289, *Februarii* 20, *Indictione* 2, *Heredum Caroli I. anno V. Manfridoniae.*

Petentibus Baiulis Manfridoniae, transumuntur in formam publicam litterae Roberti Comitis Atrebatensis, quibus mandat Cabellotis seu Credenzeriis Baiulationis, et aliorum iurium Curiae in Manfridonia, ut solvant quotannis Rogerio de Mistrecta Notario Curiae, pro damnis ei allatis ab hostibus Regiis, uncias auri 10 ponderis generalis, donec Terra eiusdem redditus ei adsignetur.

Per Nicolaum Notarium Manfridoniae.

FASCICULUS IX.

N. 1.

Olim Arca I. Fascieulus 63, N. 8.

1289, *Februarii* 24, *Indictione* 2, *Caroli Primogeniti Principis Salernitani, et Domini Honoris Montis S. Angeli, et Heredis Caroli I. anno V. in Ripa de Cornu.*

Notarius Gentilis de Sulmona, ut exsequatur mandatum Gerardi Episcopi Sabinensis denuntiatum per litteras Iacobi de Campanyola Iustitiarii Aprutii ultra flumen Piscariae, quae exscribuntur, solvit Castellanis, et Servientibus Castrorum Ovinuli, et Ripae de Cornu gagia trium mensium, ad rationem Carolenorum 60 argenti pro uncia, recepto ab eis iuramento de non discedendo, et de impendendo dimidio huius pecuniae ad Castra munienda.

Per Franciscum Andreae Notarium Pennarum.

N. 2.

Olim Arca B. Fascieulus 57, N. 13.

1289, *Februarii* 28, *Indictione* 2, *Caroli Primogeniti Principis Salernitani, et Heredis Regnorum, ac Gerardi Episcopi Sabinensis, et Roberti Comitis Atrebatensis anno V. Melfictae.*

Universitas Melfictae constituit suum Syndicum, et Procuratorem

Pascalem de Cofina, ut obtineat litteras ab Angelo de Pando, et Iacobo Bove Secretis, Magistris Portulanis, et Procuratoribus Apuliae, quibus sinant ipsum Pascalem extrahere de portu Manfridoniae, vel Baroli frumenti salmas 300 sine iure exiturae, vehendas Melfictam.

Per Blasium Notarium Melfictae.

N. 3.

Olim Arca B. Fasciculus 39, N. 16.

1289, *Martii* 5, *Indictione* 2, *Heredum Caroli I. anno V. Manfridoniae.*

Portulani, et Credenzerii Manfridoniae, ut exsequantur litteras Angeli de Pando, et Iacobi Bovis Secretorum, Magistrorum Portulanorum, et Procuratorum Apuliae, quae exscribuntur, sinunt Riccardum de Mervinda extrahere de portu Manfridoniae frumenti salmas 100 sine iure exiturae, vehendas Brundusium.

Per Nicolaum Notarium Manfridoniae.

N. 4.

Olim Arca H. Fasciculus 68, N. 6.

1289, *Martii* 9, *Indictione* 2, *Heredum Caroli I. anno V. Manfridoniae.*

Portulani Manfridoniae, ut exsequantur litteras Angeli de Pando, et Iacobi Bovis Secretorum, Magistrorum Portulanorum, et Procuratorum Apuliae, et Magistrorum Portulanorum Aprutii, quae exscribuntur, sinunt Egidium de Trano extrahere de portu Manfridoniae frumenti salmas 100 sine iure exiturae, vehendas Brundusium.

Per Thomasium Notarium Manfridoniae.

N. 5.

Olim Arca B. Fasciculus 6, N. 2.

1289, *Martii* 10, *Indictione* 2, *Heredum Caroli I. anno V. Manfridoniae.*

Portulani Manfridoniae, ut exsequantur litteras Angeli de Pando, et Iacobi Bovis Secretorum, Magistrorum Portulanorum, et Procuratorum Apuliae, et Magistrorum Portulanorum Aprutii, quae exscribuntur,

sinunt Petrum de Pasca extrahere de portu Manfridoniae frumenti salmas 50 sine iure exiturae, vehendas Barium.

Per Nicolaum Notarium Manfridoniae.

N. 6.

Olim Arca F. Fasciculus 18, N. 10.

1289, *Martii* 10, *Indictione* 2, *Heredum Caroli I. anno V. Manfridoniae.*

Portulani Manfridoniae, ut exsequantur litteras Angeli de Pando, et Iacobi Bovis Secretorum, Magistrorum Portulanorum, et Procuratorum Apuliae, et Magistrorum Portulanorum Aprutii, quae exscribuntur, sinunt Petrum Iohannis de Marsilio extrahere de portu Manfridoniae frumenti salmas 100 sine iure exiturae, vehendas Barium.

Per Thomasium Notarium Manfridoniae.

N. 7.

Olim Arca D. Fasciculus 28, N. 8.

1289, *Martii* 13, *Indictione* 2, *Caroli Primogeniti Principis Salernitani, et Heredis Caroli I. anno IV. Villae-Novae.*

Iudex, et Notarius declarant Nichiforium Cafarum, dum peteret Brundusium, vi tempestatis appulisse ad terram Villae-Novae, et ab hominibus dictae terrae rogatum vendidisse frumenti salmas 50, quas ferebat (1).

Per Symeonem Corbinum Notarium Villae-Novae.

---

(1) Quum plures heic occurrant membranae, quibus extractio frumenti a variis portubus conceditur, quumque frumentum ipsum modo Brundusium, modo Barium deferatur; non levibus argumentis fulcitur coniectura de annonae caritate, qua anno 1289 haec loca vexata fuerint. At quomodo ea regio frumenti feracissima, unde veluti ex horreo ad remotissimas oras fruges persaepe adsportari solebant, tanta premebatur inopia, ut alienis frugibus indigeret? Chronistarum, quod sciam, nemo aliquam hac de re notitiam praebet; tametsi in memorandis eclipsibus, procellis, terraemotibus, aliisque calamitatibus identidem immorentur. Gratiae vero habendae sunt membranae N. 7, in qua haec leguntur « Universi et singuli homines Ville-Nove regiorum heredum fi- » deles ex inopia frumenti quam in eadem terra propter sterilitatem presentis » anni non modicum patiuntur necessitate compulsi non permiserunt eumdem » Nichiforium predictum frumentum in predicta barca onerare seu abinde ex- » trahere cogentes ipsum Nichiforium vendere frumentum ipsum ibidem singulis

N. 8.

Olim Arca M. Fasciculus 17, N. 11.

1289, *Martii* 28, *Indictione* 2, *Heredis Caroli I. anno V. Baroli.*

Portulani Baroli, ut exsequantur litteras Angeli de Pando; et Iacobi Bovis Secretorum, Magistrorum Portulanorum, et Procuratorum Apuliae, et Magistrorum Portulanorum Aprutii, quae exscribuntur, sinunt Prisianum de Baro extrahere de portu Baroli frumenti salmas 100, et totidem hordei sine iure exiturae, vehendas Barium.

Per Iohannem de Cantore Notarium Baroli.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 17, N. 8.

1289, *Aprilis* 6, *Indictione* 2, *Heredum Caroli I. anno V. Manfridoniae.*

Petentibus Angelo de Pando, et Iacobo Bove Secretis, Magistris Portulanis, et Procuratoribus Apuliae, et Magistris Portulanis Aprutii, transumuntur in formam publicam litterae Caroli Principis Salernitani Vicarii Regni Siciliae (1), quibus concedit in feudum Iohanni de Belloloco Armaturerio (2) terram S. Quinti, ac 20 uncias auri perci-

---

» hominibus dicte terre pro substentatione et vita eorum. Itaque Appuli ita ad » incitas redacti sunt, ut naves onerarias detinendas, et frumentum alio missum, corripiendum curarent, idque sibi licere arbitrarentur.

(1) Quis fuerit Carolus Princeps Salernitanus Vicarius Regni Siciliae, et quomodo dum hoc munere fungeretur potuerit pheuda concedere, quum haec potestas vix umquam ab alio, quam ab Rege exerceretur, paucis explicamus. I. Non Carolus qui postea fuit Rex Hungariae, sed Carolus II. hoc edidit diploma, quo Iohanni de Belloloco Terra S. Quinti, et unciae 20 de proventibus Pantani Alexinae concedebantur. Scriptum est enim anno 1283, die 22 Octobris, quo tempore et Carolus I. ob singulare certamen cum Petro Rege Aragoniae longe aberat, et Carolus II., qui nondum in captivitatem inciderat, Vicarii munere fungebatur. II. Terra ipsa, et Pantanus Alexinae ad Carolum II, uti Dominum Honoris Montis S. Angeli pertinebant, sicut in eodem diplomate ipse testatur, ac propterea aliquid cuilibet in pheudum concedere iure poterat. Donationis autem nulla alia profertur caussa, nisi *devote fidelitatis obsequia*.

(2) Vocem *Armaturerius*, quae Glossaria fugit, a voce *armatura* originem duxisse patet. Vocem autem *armatura*, quae apud Latinos vel habitum armorum, vel ipsa arma militaria significabat, medio aevo armorum exercitationem, vel exercitum ipsum, vel scuta gentilia denotasse testantur lexicographi. Putarim tamen ad

piendas quotannis de proventibus Pantani Alexinae, sub servitio duorum militum.

Per Nicolaum Notarium Manfridoniae.

N. 10.

Olim Arca G. Fasciculus 28, N. 1.

1289, *Aprilis* 7, *Indictione* 2, *Caroli Heredis Regni Siciliae anno V*, *Piscariae.*

Stephanus Magistri Symonis Secretus, Magister Procurator, et Magister Salis Aprutii, ut exsequatur litteras Gerardi Episcopi Sabinensis, quae exscribuntur, per testium depositiones singillatim recensitas inquirit quinam sint *patroni* Salinarum, et *Salinarii* Piscariae, et mandat Procuratoribus, seu Credenzeriis Iurium Curiae fundici salis Piscariae, ut emant ab ipsis sal ad rationem granorum 10 ponderis generalis pro singulis thuminis.

Per Angelum Magistri Angeli Notarium Piscariae.

FASCICULUS X.

N. 1.

Olim Arca G. Fasciculus 17, N. 12.

1289, *Aprilis* 12, *Indictione* 2, *Caroli Primogeniti Principis Salernitani anno V. Termulis.*

Portulani Termularum, ut exsequantur litteras Angeli de Pando, et Iacobi Bovis Secretorum, Magistrorum Portulanorum, et Procuratorum Apuliae, et Magistrorum Portulanorum Aprutii, quae exscribuntur, sinunt Raynaldum de Dompna extrahere de portu Termularum frumenti salmas 150 sine iure exiturae, vehendas Brundusium.

Per Nicolaum de Angelo Notarium Termularum.

---

pristinam significationem referendum hoc officii nomen, eique fuisse datum qui Principis arma custodienda, polienda, et pro re nata praebenda curaret. Quum enim tunc temporis Principes ad bella paratos se profiterentur, armisque plurimis collectis, ut hodie antiquitatis cimeliis, superbirent, aliquis adesse debuit, qui armis custodiendis incumberet: idque iam ab antiquissimis temporibus factitatum testantur Sacrae litterae II. Paralip. XI. 12, et XII. 11.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 20, N. 7.

1289, *Aprilis* 13, *Indictione* 2, *Heredis Caroli I. anno V. Baroli.*

Portulani Baroli, ut exsequantur litteras Angeli de Pando, et Iacobi Bovis Secretorum, Magistrorum Portulanorum, et Procuratorum Apuliae, et Magistrorum Portulanorum Aprutii, quae exscribuntur, sinunt Maraldum de Magistro Maraldo extrahere de portu Baroli frumenti salmas 100 sine iure exiturae, vehendas Monopolim.

Per Iohannem de Cantore Notarium Baroli.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 37, N. 17.

1289, *Aprilis* 14, *Indictione* 2, *Heredum Caroli I. anno V. Manfridoniae.*

Portulani Manfridoniae, ut exsequantur litteras Angeli de Pando, et Iacobi Bovis Secretorum, Magistrorum Portulanorum, et Procuratorum Apuliae, et Magistrorum Portulanorum Aprutii, quae exscribuntur, sinunt Laurentium de Spalato extrahere de portu Manfridoniae frumenti salmas 10, et hordei salmas 80 vehendas Spalatum, solutis pro iure exiturae unciis auri 10 pro singulis 100 salmis frumenti, et unciis auri 5 pro singulis 100 salmis hordei.

Per Nicolaum Notarium Manfridoniae.

N. 4.

Olim Arca E. Fasciculus 65, N. 3.

1289, *Aprilis* 15, *Indictione* 2, *Caroli Primogeniti Principis Salernitani, et Heredis Caroli I. anno V. Pesquicii.*

Angelus de Pando, et Iacobus Bos Secreti, Magistri Portulani, et Procuratores Apuliae, ac Portulani Aprutii, post subhastationem, vendunt Iudici Vulpino salmas 29, et thuminos 6 frumenti intercepti (1) in barca

(1) Poenae iis, qui naves mercibus sine debita venia Curiae onerarent, infligebantur in Constitutione Caroli I. data Napoli die 20 Februarii 1274, his verbis: *Volumus, ut Portulani, vel eorum vicemgerentes loci, ad quem contigerit na-*

onerata in fraudem Curiae, unciis auri 6, et tarenis 5 ponderis generalis.

Per Melem Notarium Pesquicii.

N. 5.

Olim Arca D. Fasciculus 12, N. 22.

1289, *Aprilis* 26, *Indictione* 2, *Caroli Primogeniti Principis Salernitani, et Heredis Regni Siciliae anno V. Introduci.*

Franciscus de Alanno statutus super custodia Passuum Introduci sinit Iohannem Teodinum extrahere 10 vaccas, receptis pro iure exiturae tarenis auri 22, quinta parte valoris earum (1).

Per Fredericum Notarium Introduci.

N. 6.

Olim Arca D. Fasciculus 79, N. 7.

1289, *Aprilis* 26, *Indictione* 2, *Heredis Caroli I. anno V. Vestis.*

Universitas Vestarum, timens frumenti penuriam, adigit Palmerium de Luciano vendere civibus Vestarum frumenti salmas 100, quas

---

vem aliquam, seu vascellum aliquod oneratum victualibus applicari, ad navim, seu vascellum illud statim adcedant cum quatuor bonis, et legalibus viris, qui non attineant Portulanis, et cum Notario publico loci ipsius, et ipsis praesentibus faciant sibi ostendi apodixam, quam habere mercatores se dicunt, seu litteras de licentia extrahendi victualia, seu alia a Portulanis illis, sub quorum custodia Portus existit, in quo vascellum, seu navis dicitur onerata, et si non ostenderint eis litteras mercatores de dicta licentia, tam onus, quam navis ad opus Curiae capiatur, et mercatores ipsi de personis tamquam temerarii capiantur. Vide *Constit. Reg. Sicil.* Tom. II. pag. 2, Neap. 1773. Id autem exsequuntor Magistri Portulani: quod et animadvertisse iuvat, ne quis putet eam legem inter ceteras fuisse, quae aut nullatenus, aut aliqua tantum ex parte adimplebantur.

(1) Non parvi facienda est haec membrana, quae duo, aliunde non facile haurienda, nos docet. Alterum est, tunc temporis vaccam valuisse tarenis undecim; quod mirum non est si paulisper ad priscam illam annonae vilitatem adtendatur, de qua vide Vol. I. pag. 57, not. (2). Alterum est, ius exiturae ad quintam partem valoris earum pertigisse: quod grave pondus ideo impositum censemus, ut non modo extractio animalium agriculturae, et victui utilium rarior fieret, sed etiam ut aerario tunc temporis pene exhausto consuleretur.

ferebat Brundusium, et cum applicuisset ad Terram Vestarum, exoneraverat de mandato Capitanei cuiusdam Galionis Secretorum Apuliae.

Per Bartholomaeum Notarium Vestarum.

N. 7.

Olim Arca F. Fasciculus 18, N. 9.

1289, *Aprilis* 27, *Indictione* 2, *Heredis Caroli I. anno V. Baroli.*

Portulani Baroli, ut exsequantur litteras Angeli de Pando, et Iacobi Bovis Secretorum, Magistrorum Portulanorum, et Procuratorum Apuliae, et Magistrorum Portulanorum Aprutii, quae exscribuntur, sinunt Francum de Costa extrahere de portu Baroli frumenti salmas 100 siue iure exiturae, vehendas Brundusium.

Per Iohannem de Cantore Notarium Baroli.

N. 8.

Olim Arca H. Fasciculus 79, N. 12.

1289, *Aprilis* 29, *Indictione* 2, *Heredum Caroli I. anno V. Cusentiae.*

Iohanna relicta Senatoris (1) Sclavelli, et Franciscus eius filius constituunt Notarium Iohannem de Flumine Frigido suum procuratorem ad exigendas quotannis uncias auri 20 ponderis generalis, quas Comes Atrebatensis assignaverat pro eorum substentatione e proventibus Gravinae.

Per Riccardum de Salomone Notarium Cusentiae.

---

(1) Hanc Subventionem ab Roberto Iohannae paupertatis causa fuisse concessam ex verbis ipsius membranae cognoscimus. Legimus enim: *Cum inclitus dominus Comes Atrebatensis nobis in hoc compatiens affectu providerit ut pro substentatione et vita nostra* etc. Vox autem *relicta* ad viduam significandam passim adhibetur apud medii aevi Scriptores. Vide Leon. Ostiens. Lib. II. cap. 9. Gregor. Magn. Lib. V. Epist. 37, et alios. Denique vox *Senator* non munus, sed nomen demortui mariti est.

N. 9.

Olim Arca A. Fasciculus 87, N. 11.

1289, *Aprilis* 30, *Indictione* 2, *Heredis Caroli I. anno V. in Monte S. Angeli.*

Iudex, et Notarius testantur Ambrosium Payenel Cappellanum Castri Montis S. Angeli ab die 1 Martii usque ad ultimum Aprilis continentur ibi moratum fuisse ad suum munus obeundum.

Per Leonardum Notarium Montis S. Angeli.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 13, N. 14.

1289, *Maii* 4, *Indictione* 2, *Heredum Caroli I. anno V. Manfridoniae.*

Portulani Manfridoniae, ut exsequantur litteras Angeli de Pando, et Iacobi Bovis Secretorum, Magistrorum Portulanorum, et Procuratorum Apuliae, et Magistrorum Portulanorum Aprutii, quae exscribuntur, sinunt Thomasium de Carassia extrahere de portu Manfridoniae hordei salmas 30, vehendas Corzulam, solutis pro iure exiturae unciis auri 5 pro singulis 100 salmis.

Per Benvenutum Notarium Manfridoniae.

FASCICULUS XI.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 15, N. 1.

1289, *Maii* 21, *Indictione* 2, *Caroli II. anno I.* (1) *Guasto-Aymone.*

Portulani Guastaymonis, ut exsequantur litteras Angeli de Pando, et Iacobi Bovis Secretorum, Magistrorum Portulanorum, et Pro-

(1) Haec membrana prima est, quae Regis Caroli II. nomen prae se fert. Scilicet in hoc anno captivitate solutus fuit, uti tradunt Constantius lib. III. Giannon. lib. XXI. cap. 2; et IV. Kal. Ion., in quem diem Festum Pentecostes inciderat, a Nicolao IV. Pontifice coronatus fuit. Quod si in membranis sequentibus N. 2, et 4 anni Gerardi Sabinensis, et Roberti Atrebatensis signantur, id factum est, quia fortasse nondum per totum Regnum buiusmodi notitia evulgata fuerat; et quoniam Carolus in Regnum nondum redierat, ipsi Baiuli suo munere fungi pergebant.

curatorum Apuliae, et Magistrorum Portulanorum Aprutii, quae exscribuntur, sinunt Angelum Sterparolum extrahere de portu Guasti-Aymonis frumenti salmas 100 sine iure exiturae, vehendas Monopolum.

Per Odorisium Notarium Guasti-Aymonis.

N. 2.

Olim Arca A. Fasciculus 10, N. 2.

1289, *Maii* 31, *Indictione* 2, *Roberti Comitis Atrebatensis*, *et Gerardi Episcopi Sabinensis anno V. Andriae.*

Petentibus Cabellotis Baiulationis, et aliorum Iurium Curiae in Urbe Andria, Iudex, et Notarius declarant Castellanum Castri S. Mariae de Monte, et triginta servientes pedites *continenter* moratos esse in custodia dicti Castri per tres menses.

Per Iohannem Notarium Andriae.

N. 3.

Olim Arca B. Fasciculus 47, N. 14.

1289, *Iunii* 28, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Venafri.*

Rex mandat Andreae de Pontibus Iustitiario Aprutii citra flumen Piscariae, ut recipiet homines singillatim recensitos in stipendiarios, eisque solvat pro gagiis carolenses argenti 100 (1) singulis mensibus pro unoquoque ipsorum.

---

(1) Duo in hac membrana abnormia occurrunt, quae nobis primitus aliquam falsitatis suspicionem iniecerunt. Alterum, quod *gagia* solvi mandentur non *unciis*, ent *tarenis*, uti fieri solebat, sed *carolenis*; quud utique, ne dicam novum, rarissimum est. Alterum, quod singulis stipendiariis equitibus tanta pecuniae summa pro *gagiis* concedaratur. Sed suspicio evanuit, ubi animadvertimus carolenos e Carolu fuisse primum cusos; at amore pecuniae ab se inductae, eam aliquando prae ceteris nominesse probabile est. Ita sane, practer ille, quaa Fuscus *sul Ducato di Ruggiers* pag. 67, et 76 edidit, nos quoque habemus mandeta Caroli, in quibus de suis Carolenis agit. Immo in mandatis de solutionibus fere semper edhibet hanc formulam: *carolenis argenti sexaginta per unciam computatis*. Animadvertimus atiam stipendieriis eqnitibus alendi *equi* onus incubuisse, uti patet ex membrana Fasc. XXIII. N. 6. Quare et in alia membrana Fasc. XV. N. 10 *gagia* duarum unciarum constituuntur; quae utique excedunt 100 carolenos.

N. 4.

Olim Arca H. Fasciculus 59, N. 2.

1289, *Iunii* 29, *Indictione* 2, *Gerardi Episcopi Sabinensis, et Roberti Comitis Atrebatensis anno V. Trani.*

Petente nuntio Iohannae Comitissae Catanzarii, transumitur in formam publicam mandatum Roberti Comitis Atrebatensis (1), quo praecipitur Secretis Apuliae, ut assignent Petro Rufo Comiti Catanzarii iura, et redditus, et proventus terrae Troiae, quae ei concesserat pro servitiis praestitis.

Per Goffridum Notarium Trani.

N. 5.

Olim Arca B. Fasciculus 24, N. 14.

1289, *Iunii* 30, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Sulmonae.*

Commissarius Andreae de Pontibus Iustitiarii Aprutii citra flumen Piscariae, ut exsequatur capitulum mandati Regii (2) denuntiatum per litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, divulgat per praeconem in terris singillatim recensitis, ut si quis velit conqueri de Symone de Marziaco praecedenti Iustitiario, eiusque officialibus, adeat dictum Andream, et Iudicem Antolinum de Caramanico.

Per Berardum Ionathae Notarium Sulmonae.

---

(1) Ex litteris Roberti Comitis Atrebatensis, quae hac membrana exscribuntur, duo discimus. Primum est, ipsum una cum Gerardo Episcopo Sabinensi XI. Kal. Iul. Baiulatus officium adhuc exercuisse, ac proinde Regem Carolum nondum in Regnum adventasse. Quumque mandatum Regium habeamus *datum Sulmone die 27 Iunii*, colligimus inter XI. et V. Kal. Iul. Regis adventum esse statuendum. Alterum est, quod Robertus *in campis ante Rossanum* tunc temporis erat, ut Siculis Calabriae invasoribus obsisteret, qui inde pulsi Caietam oppugnarunt. Vid. Barthol. de Neocastro apud Murat. *Script. Rer. Ital.* Tom. XIII. col. 112., Constant. Lib. III., Carusi *Stor. di Sicil.* part. II. Vol. II. lib. 2.

(2) Mandatum Caroli II., cuius capitulum hac membrana legimus, scriptum est *Sulmone die 27 Iunii*, et primum est, quod ab Rege datum in hac serie occurrat. Putamus igitur Carolum II. tunc temporis Roma in Regnum pervenisse. Alia porro mandata edita die 28 Iunii Venafri, 2 Iulii Aversae, et 7 Iulii Neapoli, quae in Fascic. XI. N. 3, XII. N. 6, et XI. N. 7 reperies, cognoscendo eius itinerario proderunt.

N. 6.

Olim Arca B. Fasciculus 16, N. 7.

1289, *Iulii* 5, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Baroli.*

Petentibus Dohaneriis, et Fundicariis Baroli, transumitur in formam publicam mandatum Roberti Comitis Atrebatensis, quo eis praecipitur, ut quotannis solvant Riccardo de Petravalda, eiusque heredibus uncias auri 50 sub servitio trium militum, donec ei adsignetur aliqua terra Pheudalis, que tantundem aestimetur.

Per Nicolaum Notarium Baroli.

N. 7.

Olim Arca K. Fasciculus 40, N. 16.

1289, *Iulii* 7, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Neapoli.*

Rex mandat Andreae de Pontibus Iustitiario Aprutii citra flumen Piscariae, ut non sinat Raynaldum de Casacandidella, et Iacobum de S. Iohanne exturbare Meliorectam Viduam Nicolai Landulphi a possessione Casalis S. Ylarii (1).

N. 8.

Olim Arca C. Fasciculus 32, N. 4.

1289, *Iulii* 7, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Sulmonae.*

Commissarius Andreae de Pontibus Iustitiarii Aprutii citra flumen Piscariae, ut exsequatur capitulum mandati Regii denuntiatum per litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, divulgat per praeconem in terris singillatim recensitis, ut si quis velit conqueri de Symone de Marziaco praecedenti Iustitiario, eiusque officialibus, adeat dictum Andream, et Iudicem Antolinum de Caramanico.

Per Franciscum Thomasii Notarium Sulmonae.

---

(1) Saepe Rex viduas pheudatariorum a molestiis defendi mandabat: quod tum utique fiebat, quum eorum viri absque liberis decedebant. Tum enim si pheudum ex iis erat, quae ad collaterales non perveniebant, sed ad Fiscum devolvebantur, Iustitiarii nomine Fisci eadem occupabant. Si vero pheudum ad collaterales etiam deveniebat, hi utique illud arripiendum contendebant. Vide Marin. Frec. *De Subfeud.* Lib. III. In utroque autem casu bona interdum viduae non deerant, qui invaderent, eamque vexarent; quod et in praesenti membrana observatur, ubi *Meliorecta* vidua Nicolai Landulphi Casale Sancti Ylarii ad se pertinens occupari conqueritur, et Rex id impediendum mandat.

N. 9.

Olim Arca B. Fasciculus 83, N. 5.

1289, *Iulii* 8, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Tocci.*

Commissarius Andreae de Pontibus Iustitiarii Aprutii citra flumen Piscariae, ut exsequatur capitulum mandati Regii denuntiatum per litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, divulgat per praeconem in terris singillatim recensitis, ut si quis velit conqueri de Symone de Marziaco praecedenti Iustitiario, eiusque officialibus, adeat dictum Andream, et Iudicem Antolinum de Caramanico.

Per Raynaldum Magistri Gualterii Notarium Pesculi-Sansonisci.

N. 10.

Olim Arca D. Fasciculus 48, N. 13.

1289, *Iulii* 8, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Sulmonae.*

Commissarius Andreae de Pontibus Iustitiarii Aprutii citra flumen Piscariae, ut exsequatur capitulum mandati Regii denuntiatum per litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, divulgat per praeconem in terris singillatim recensitis, ut si quis velit conqueri de Symone de Marziaco praecedenti Iustitiario, eiusque officialibus, adeat dictum Andream, et Iudicem Antoninum de Caramanico (1).

Per Angelum Iohannis Mancini Notarium Sulmonae.

---

(1) Ne credas, lector, inter tres membranas N. 5, 8, et 10 huius Fasciculi, quae Sulmonae scriptae leguntur, nullum discrimen adesse. Quum enim *syndicatio* in singulis Provinciae terris denunciari, ac fieri deberet, quumque denunciatio per unum Commissarium in tot locis fieri non posset, plures ad id eliguntur, idque praestant; ac propterea in his membranis diversi Commissarii in aliis atque aliis terris divulgant litteras Iustitiarii Andreae de Pontibus. In membrana enim N. 5 id praestatur *in singulis terris et locis partium Valve et Vallis Sepreti*; in membrana N. 8 *in terris et locis partium Thecis maioris a flumine Trinei usque Sangrum*; et in membrana N. 10 *in terris et locis singulis partium Sangri Vallis lacus et terre S. Vincentii*. Quae loca quum essent Sulmonae finitima, Commissarii illuc redierunt, ibique instrumenta exsequutionis conficienda curarunt.

FASCICULUS XII.

N. 1.

Olim Arca K. Fasciculus 43, N. 10.

1289, *Iulii* 9, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Neapoli.*

Rex mandat Andreae de Pontibus Iustitiario Aprutii citra flumen Piscariae, ut si Berardus de Sangro iniuste rapuerit Castrum Montis-Ferrantis cum Casalibus, et pertinentiis suis a Raynaldo Accroczamuro genero suo, ad quem ratione uxoris pertinebat, ipsum restituendum curet.

N. 2.

Olim Arca B. Fasciculus 18, N. 15.

1289, *Iulii* 9, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Pennae-Lucis.*

Portulani Pennae-Lucis, ut exsequantur mandatum Roberti Comitis Atrebatensis denunciatum per litteras Iacobi Bovis, et Angeli de Pando Secretorum, Magistrorum Portulanornm, et Procuratorum Apuliae, et Portulanorum Aprutii, quae exscribuntur, sinunt Fratrem Nicolaum Abbatem Monasterii Arbonae (1) Procuratorem B. Diaconi Cardinalis Ecclesiae S. Nicolai in Carcere Tulliano (2) extrahere de Portu Pennae-Lucis salmas frumenti 1000 sine iure exiturae, vehendas Venetias.

Per Riccardum Rogerii Notarium Pennae-Lucis.

---

(1) Quum plures extiterint hoc nomine Terrae, et Urbes, non satis constat, de quonam Monasterio heic agatur. Putarim tamen ipsum esse Monasterium S. Galli, quod in oppido ab Latinis *Arbor Felix*, ab Gallis *Arbon* appellato, sub regula S. Benedicti VII. Saeculo conditum fuit. Vide Mabillon. *Annal. Ordinis S. Benedicti* Lib. XI. Oppidum ipsum ad Episcopum Constantiensem pertinet, et ad oras Lacus Constantiae positum est. Abbas igitur Nicolaus facile potuit Cardinali Benedicto de Anagni, qui tunc auctoritate, et gratia maxima florebat, officium Procuratoris praestare.

(2) Ne mireris, lector, Robertum Comitem Atrebatensem tantam frumenti quantitatem domino B. Cardinali sine ullo iure exiturae extrahere permisisse. Legimus enim frumentum ipsum fuisse *de proventibus Ecclesiarum suarum Apulie.* Porro quisnam fuerit hic B. qui dicitur *Ecclesie S. Nicolai in Carcere Tulliano diaconus Cardinalis*, habes ex Ciaconio, *Vitae, et Res gestae Pontificum Romanorum et S. R. E. Cardinalium* Tom. II. vol. 244. Romae 1677, qui Benedictum Anagninum a Martino II. seu IV. inter Diaconos Cardinales cooptatum, eique curam Ecclesiae S. Nicolai in Carcere demandatam fuisse narrat. Postea a Nicolao IV. ipse Presbyter Cardinalis SS. Sylvestri, et Martini

N. 3.

Olim Arca B. Fasciculus 13, N. 1.

1289, *Iulii* 10, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Pennae-Lucis.*

Portulani Pennae-Lucis, ut exsequantur litteras Iacobi Bovis, et Angeli de Pando Secretorum, Magistrorum Portulanorum, et Procuratorum Apuliae, et Portulanorum Aprutii, quae exscribuntur, sinunt Rogerium Iaquinti extrahere de portu Pennae-Lucis frumenti salmas 100 vehendas Venetias, vel Caput-Ystriam, solutis pro iure exiturae unciis auri 7.

Per Riccardum Rogerii Notarium Pennae-Lucis.

N. 4.

Olim Arca C. Fasciculus 20, N. 6.

1289, *Iulii* 11, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Piscariae.*

Commissarius Andreae de Pontibus Iustitiarii Aprutii citra flumen Piscariae, ut exsequatur mandatum Regium denuntiatum per litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, tradit Pheudatariis singillatim recensitis litteras Regias, quibus mandatur, ut statim adeant ipsum Regem cum debito servitio.

Per Manfridum Notarii Matthaei Notarium Piscariae.

N. 5.

Olim Arca B. Fasciculus 23, N. 16.

1289, *Iulii* 11, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. BuccIani.*

Commissarius Andreae de Pontibus Iustitiarii Aprutii citra flumen

---

in Montibus renuntiatus fuit; ac tandem anno 1294, IX. Kal. Ian. Neapoli Pontifex Maximus creatus est, nomenque Bonifacii VIII. adsumpsit. Auct. cit. col. 295. Hic quam fuerit acceptus tum Carolo I., tum Carolo II. constat ex legationibus, quibus ad ipsos functus est; nam et a Martino ipso ad Carolum I, ut eum ab ineundo singolari certamine cum Petro Rege Aragoniae averteret, missus est. Vid. Raynald. ad an. 1283, N. 12. Postea legati Apostolici munus in Sicilia citra pharum suscepit; Raynald. ad an. 1289: ac in Gallias cum Gerardo Episcopo Sabinensi missus Odoardum Regem Angliae, ac Philippum Regem Galliae iamdiu dissidentes, anno 1290 conciliare sategit.

Piscariae, ut exsequatur mandatum Regium denuntiatum per litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, indicit Pheudatariis singillatim recensitis, ut die 15 Iulii adeant Regem cum debito servitio.

Per Nicolaum Iudicis Barnabei Notarium Bucclani.

N. 6.

Olim Arca B. Fasciculus 18, N. 14.

1289, *Iulii* 11, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Baroli.*

Portulani Baroli, ut exsequantur litteras Angeli de Paudo, et Iacobi Bovis Secretorum, Magistrorum Portulanorum, et Procuratorum Apuliae, et Magistrorum Portulanorum Aprutii, quae exscribuntur, sinunt Iohannem de Altamura extrahere de portu Baroli frumenti salmas 50, sine iure exiturae vehendas Brundusium.

Per Iohannem de Cantore Notarium Baroli.

N. 7.

Olim Arca B. Fasciculus 39, N. 19.

1289, *Iulii* 12, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Francavillae.*

Commissarius Andreae de Pontibus Iustitiarii Aprutii citra flumen Piscariae, ut exsequatur mandatum Regium denuntiatum per litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, indicit Pheudatariis singillatim recensitis, ut die 15 Iulii adeant Regem cum debito servitio.

Per Iacobum Ganophilum Notarium Francavillae.

N. 8.

Olim Arca A. Fasciculus 85, N. 20.

1289, *Iulii* 13, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Sulmonae.*

Commissarius Andreae de Pontibus Iustitiarii Aprutii citra flumen Piscariae, ut exsequatur mandatum Regium denuntiatum per litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, indicit Pheudatariis singillatim recensitis, ut die 15 Iulii adeant Regem cum debito servitio.

Per Franciscum Thomasii Notarium Sulmonae.

N. 9.

Olim Arca D. Fasciculus 52, N. 3.

1289, *Iulii* 13, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Neapoli.*

Rex mandat Ligorio Minutulo Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori Principatus, Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut revocet ad Curiam pheuda Casalis-Galli, et Mangabovis, concessa a Carolo I. Petro de Furno; et pro his det eidem Petro bona quorumdam proditorum, quae valeant annuis unciis 20, et Agnessae uxori suae alia bona, quae valeant annuis unciis 10, sub pheudali servitio unius militis cum dimidio.

N. 10.

Olim Arca B. Fasciculus 24, N. 1.

1289, *Iulii* 15, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Bucclani.*

Commissarius Andreae de Pontibus Iustitiarii Aprutii citra flumen Piscariae, ut exsequatur mandatum Regium denuntiatum per litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, indicit Pheudatariis singillatim recensitis, ut die 15 Iulii adeant Regem cum debito servitio.
Per Iacobum Gualterii Notarium Bucclani.

FASCICULUS XIII.

N. 1.

Olim Arca B. Fasciculus 4, N. 17.

1289, *Iulii* 15, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Trani.*

Portulani Trani, ut exsequantur litteras Angeli de Pando, et Iacobi Bovis Secretorum, Magistrorum Portulanorum, et Procuratorum Apuliae, et Magistrorum Portulanorum Aprutii, quae exscribuntur, sinunt Sabinum de Comite extrahere de portu Trani frumenti salmas 50 sine iure exiturae, vehendas Brundusium.
Per Goffridum Notarium Trani.

N. 2.

Olim Arca A. Fasciculus 88, N. 17.

1289, *Iulii* 27, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Neapoli.*

Rex mandat Andreae de Pontibus Iustitiario Aprutii citra flumen Piscariae, ut solvat gagia Castellanis, et Servientibus quorumdam Castrorum ad rationem singillatim recensitam.

N. 3.

Olim Arca B. Fasciculus 56, N. 6.

1289, *Iulii* 30, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Neapoli.*

Rex acceptat solutionem unciarum auri 92, et tarenorum 6 ab Andrea de Pontibus Iustitiario Aprutii citra flumen Piscariae factam Adae de Dussiaco Thesaurario de unciis auri 100, quas Universitas Sulmonae Regi donaverat.

N. 4.

Olim Arca B. Fasciculus 24, N. 2.

1289, *Iulii* 31, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Bucclani.*

Commissarius Andreae de Pontibus Iustitiarii Aprutii citra flumen Piscariae, ut exsequatur mandatum Regium denuntiatum per litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, iniungit Universitatibus singillatim recensitis, ut earum singuli Praelati, Comites, et Barones, ac Syndici se conferant Neapolim ad generale parlamentum (1)

(1) Hoc generale parlamentum illud est, in quo condita fuere capitula, de quibus fuse Giannonius Lib. XX. cap. 9, §. 3. At quo die hoc parlamentum habitum fuerit, non signat. Ex nostra autem membrana illud Non. Septembris celebratum fuisse scimus. Carolus II. enim, simul ac in Regnum rediit, in illud animum intendit, ut leges ferret publicae utilitati aptissimas. Lectoribus itaque nostris fortasse gratum erit, si ipsum Caroli II. mandatum, quo Praelatos, Comites, Barones ad parlamentum advocat, exscribamus.

» Karolus secundus Dei gratia Rex Ierusalem et Sicilie etc. Iustitiario A-
» prutii citra flumen Piscarie etc. Votiva nostrorum fidelium visione gaudentes
» et eorum precipue presentia delectantes qui a tempore rebellionis Sicilie ac

habendum die 5 Septembris; et nobiles viri, qui velint cingulum militare adsumere, ad diem 8 Septembris parati inveniantur, quo die etiam Carolus Primogenitus eodem cingulo (1) decorandus erat.

Per Iacobum Gualterii Notarium Bucclani.

» maxime a tempore captionis nostre nulla personarum vel rerum pericula de-
» vitantes nullisque parcentes laboribus et expensis tanquam pure fidei zela-
» tores et legalitatis alumpni contra rebelles et hostes nostros streune dimi-
» cando clara fidelitatis exempla longe lateque diffusa ceteris prebuerunt et
» prebere non desinunt incessanter ex discreta deliberatione providimus in ci-
» vitate Neapolis tanquam in sollempniori et habiliori loco Regni nostri Si-
» cilie tam pro statu pacifico Regni predicti et tranquillo quam pro negotiorum
» nostrorum ordinatione felici ordinatione nobis opipulante gratia que rectifi-
» cat causam nostram quinto futuri mensis Septembris primo future tertie In-
» dictionis generale facere parlamentum in quo licet omnes et singuli Regni
» nostri fideles simul et semel esse non possunt in nostre presentia maiesta-
» tis Nos tamen res aggredientes possibiles maiores ipsorum ut pote prelatos
» Comites et Barones ac de singulis terris seu locis sollempnibus et famosis
» quatuor nuncios speciales de minus quoque sollempnibus duos per quos ge-
» nerales omnium aliorum universitas quasi presentialiter figurent ad id decre-
» vimus evocandos cum de iuris interpretatione benigna ibi universitas alicuius
» congregationis esse dicatur ubi maiores Universitatis eiusdem et meliores etiam
» sint presentes qui siquidem nuncii de melioribus terrarum et locorum ipso-
» rum et dignioribus existentes omni auctoritate suffulti totumque posse Univer-
» sitatum et locorum ipsorum et dignioribus existentes habentes eidem parlamento
» studeant et debeant interesse Quare fidelitati tue sub optentu gratie nostre
» firmiter et expresse precipimus quatenus statim receptis presentibus ad cun-
» ctorum de iurisdictione tua notitiam istam deducens prelatis Comitibus Ba-
» ronibus et universitati terrarum et locorum ipsorum decrete tibi provincie per
» litteras tuas formam presentium continentes ex parte nostre Maiestatis iniun-
» gas expresse ut iidem prelati Comites et Barones coram nobis apud Neapolim
» eodem quinto Septembris primo futuri personaliter se presentent Universita-
» tes vero terrarum et locorum ipsorum iuxta quantitatem et modum pre-
» scriptum sollempnes nuncios earumdem pari voto communiter eligendos cum
» decreto electionis sindicatus eorum omni posse et auctoritate suffultos mit-
» tere non obmittant qui pro parte universitatum ipsarum eidem parlamento
» intersint loco et tempore prenotatis Et quia in festo Nativitatis beate Virginis
» de predicto Mense Septembri primo futuro proponimus auctore domino Ka-
» rolum Primogenitum nostrum Karissimum militari cingulo decorare ac volu-
» mus eosdem fideles nostros tante sollempnitatis et gaudii participatione letari
» Nobilibus de iurisdictione tua quibuscumque insinues ut si qui ex eis volue-
» rint militare decus assumere se preparent omnibus oportunis ut una cum eodem
» primogenito nostro futuro eorum domino possint in predicto festo nove militie
» titulis insignari factis de iunxione huiusmodi scriptis consimilibus publicis ad
» cautelam per te processu temporis in tuo ratiocinio producendis Datum Neapoli
» anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo nono die nono Iulii se-
» cunde Indictionis Regnorum nostrorum anno quinto. »

(1) Giannonius Lib. XXI. cap. 3, Carolum filium Caroli II. VI. Id. Septembris 1290 Hungariae Regem fuisse coronatum Neapoli, postquam militari cin-

N. 5.

Olim Arca B. Fasciculus 21, N. 9.

1289, *Augusti* 5, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Tarenti.*

Angelus de Pando, et Iacobus Boa Secreti, Magistri Portulani, et Procuratores Apuliae, ac Magistri Portulani Aprutii declarant, post subhastationem, se anni praecedentis Cabellotis locasse iura Curiae in civitate Tarenti unciis 86.

Per Guillelmum Cassanellum Notarium Tarenti.

N. 6.

Olim Arca L. Fasciculus 30, N. 41.

1289, *Augusti* 5, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Neapoli.*

Rex eligit Thomasium de Baczanello Stipendiarium equitem, renunciatum ab Andrea de Pontibus Iustitiario Aprutii citra flumen Piscariae, et mandat eidem Iustitiario, ut solvat ipsi Thomasio gagia consueta.

N. 7.

Olim Arca D. Fasciculus 69, N. 8.

1289, *Augusti* 6, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Trani.*

Portulani Trani, ut exsequantur litteras Angeli de Pando, et Iacobi Bovis Secretorum, Magistrorum Portulanorum, et Procuratorum Apuliae, ac Magistrorum Portulanorum Aprutii, quae exscribuntur, sinunt Philippum de Churalexio extrahere de portu Bari fabarum salmas 50 vehendas Ragusium, vel Caceram (1) solutis pro iure exiturae unciis auri 6 pro singulis 100 salmis.

Per Mangonum Notarium Trani.

---

gulo cum plurimis nobilibus decoratus fuerat, pro certo adserit. Sed non unus est huius Historici locus, quo somnia sua pro factis venditat. Nam litterae Caroli II., quas in nota praecedenti exscripsimus, tantummodo significant eum Primogenito suo VI. Id. Septembris 1289 cingulum contulisse; nec ullum de Hungariae Regno verbum occurrit. Ceterum constat coronationem ad posteriorem epocham esse amandandam, quam et suo loco adnotabimus.

(1) Fallitur amanuensis, dum *Caceram* scribit, quam *Cattaram* scribendam utique censemus. Cattara urbs Dalmatiae est ad sinum Rizonicum, qui inde di-

N. 8.

Olim Arca C. Fasciculus 33, N. 15.

1289, *Augusti* 8, *Indictione* 2., *Caroli II. anno V. Neapoli.*

Rex mandat Secretis Apuliae, ut dent Procuratori Odonis de Soliaco possessionem Terrarum, quae ad Curiam devolutae fuerant ob mortem Petri de Cortinay; ita tamen ut si ipse Odo in Regnum non redeat usque ad Festum Nativitatis Dominicae, sicuti Regi promiserat (1), bona ipsa cum fructibus ad Curiam revocentur.

N. 9.

Olim Arca A. Fasciculus 81, N. 12.

1289, *Augusti* 10, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Neapoli.*

Rex mandat Secretis Apuliae, ut dent Riccardo de Petravalda possessionem Terrarum Montis-Sardi, et Montis-Sani, quas ipsi donaverat sub servitio duorum militum, eumque ab hominibus dictarum Terrarum assecurari faciant.

N. 10.

Olim Arca G. Fasciculus 41, N. 3.

1289, *Augusti* 11, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Bucclani.*

Commissarius Andreae de Pontibus Iustitiarii Aprutii citra flumen Piscariae, ut exsequatur mandatum Regium denuntiatum per literas eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, iniungit Universitatibus singillatim recensitis, ut earum singuli Praelati, Comites, et Barones, ac Syndici se conferant Neapolim ad generale parlamentum habendum die 5 Septembris; et nobiles viri, qui velint cingulum militare adsumere, ad diem 8 Septembris parati inveniantur, quo die etiam Carolus Primogenitus eodem cingulo decorandus erat.

Per Guillelmum Benedicti Notarium Bucclani.

---

citur *Golfo di Cattaro* Vid. Baudrand. *Lexic. Geograph.* Quumque parum distet ab Ragusio, merces ad alterutram urbem facile poterant adsportari.

(1) Hunc Oddonem de Soliaco in Gallia tunc temporis fuisse, patet ex verbis huius membranae » idem Odo nobis adhuc in Regno Francie existenti» bus una cum uxore et familia sua se reversurum in Regnum promisit. » Nescimus autem, qua de caussa ibi moraretur; sed id non ut Regis munera obiret, sed ut propriis negotiis vacaret, factum fuisse putamus; secus enim Rex bonorum expoliatione eum mulctandum non decrevisset. Huius Regii mandati exsequutionem habebis in Fascic. XIV. N. 7.

FASCICULUS XIV.

N. 1.

Olim Arca A. Fasciculus 87, N. 14.

1289, *Augusti* 12, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Calvi*.

Rex declarat recepisse ab Andrea de Pontibus Iustitiario Aprutii citra flumen Piscariae *castratos* 200; et mandat ei, ut alios 100 citissime mittat ad exercitum suum (1).

N. 2.

Olim Arca C. Fasciculus 33, N. 12.

1289, *Augusti* 14, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Baroli*.

Portulani Baroli, ut exsequantur litteras Angeli de Pando, et Iacobi Bovis Secretorum, Magistrorum Portulanorum, et Procuratorum Apuliae, ac Magistrorum Portulanorum Aprutii, quae exscribuntur, sinunt Andream Notarii Iacobi extrahere de portu Baroli frumenti salmas 100 sine iure exiturae, vehendas Monopolum.

Per Iohannem de Cantore Notarium Baroli.

---

(1) Exercitum, cui Rex consulit, illum fuisse, qui ad debellandos hostes Siculos ad Caietam missus fuerat, tum ax membranis, tum ex historicis eruimus. Habemus enim duo diplomata in hoc Fasciculo N. 3, et 8, quorum alterum *Fundis die 15 Augusti*, alterum *in Castris in obsidione hostium prope Caietam die 18 Augusti* datum legimus; adeoque Rex non modo exercitum ibi detinuit, sed etiam invisit. Ut igitur e nostris membranis quoddam ἰδιόχειρον specimen edamus, haec in praesanti membrana adnotavimus: scilicet Carolus ad bellum profecturus Neapoli usque ad IV. Id. Augusti moratus fuerat (Vid. Fasc. XIII. N. 9), at Prid. Id. Augusti Calvum secessit, ac inde XVIII. Kal. Septembris Fundos, et XV. Kal. Caietam petiit. Ex historicis autem accipimus Iacobum Regem Siciliae, quum rescivisset Nicolaum IV. Pontificem utriusqoe Siciliae investituram Carolo II. concessisse (Vid. Raynald., et Murat. ad an. 1285) prius in Calabriam, ac postea in Caietam irruit, ubi adversam belli fortunam expertus, inducias duorum annorum cum Carolo, suadentibus legatis Regum Angliae, et Aragoniae, fecit. Vid. Constant. lib. III., Carus. *Stor. di Sicil.* part. II. vol. 2. lib. 2, Murat. ad an. 1289. Hinc Carolus protinus Neapolim rediit, ita ut III. Non. Septembris diploma heic datum habeamus Fasc. XV. N. 5.

N. 3.

Olim Arca A. Fasciculus 27, N. 17.

1289, *Augusti* 15, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Fundis.*

Rex mandat Secreto Apuliae, ut det Iohanni de Monteforti Squillacii, et Montis Caveosi Comiti possessionem Terrae Gravinae, quam ipsi concesserat, eumque ab hominibus dictae Terrae assecurari faciat.

N. 4.

Olim Arca B. Fasciculus 38, N. 3.

1289, *Augusti* 15, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Termulis.*

Portulani Termularum, ut exsequantur litteras Angeli de Pando et Iacobi Bovis Secretorum, Magistrorum Portulanorum, et Procuratorum Apuliae, et Magistrorum Portulanorum Aprutii, quae exscribuntur, sinunt Iohannemcitum de Bartholomaeo extrahere de portu Termularum frumenti salmas 50 sine iure exiturae, vehendas Brundusium.

Per Nicolaum de Angelo Notarium Termularum.

N. 5.

Olim Arca M. Fasciculus 17, N. 39.

1289, *Augusti* 16, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Ravelli.*

Iudex, et Notarius declarant Angelum Freczam, quia infirmus decumbebat, non posse, iuxta mandatum Regium denunciatum per litteras Pontii de Mentiliis Capitanei Ducatus Amalphiae, comparere coram Magistris Rationalibus ad reddendam rationem unciarum 180 quas frater suus Curiae debebat, pro quo ipse fideiusserat.

Per Petrum de Grif.... Notarium Ravelli.

N. 6.

Olim Arca B. Fasciculus 53, N. 9.

1289, *Augusti* 16, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Baroli.*

Portulani Baroli, ut exsequantur litteras Angeli de Pando, et Iacobi Bovis Secretorum, Magistrorum Portulanorum, et Procuratorum

Apuliae, et Magistrorum Portulanorum Aprutii, quae exscribuntur, sinunt Michaëlem Guiczoni extrahere de portu Baroli frumenti salmas 800 vehendas Clarentiam solutis pro iure exiturae unciis auri 10 pro singulis 100 salmis.

Per Iohannem de Cantore Notarium Baroli.

N. 7.

Olim Arca C. Fasciculus 52, N. 20.

1289, *Augusti* 16, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. Castellanetae.*

Iacobus de Butonto, et Angelus de Pando Secreti, Magistri Portulani, et Procuratores Apuliae, ac Magistri Portulani Aprutii, ut exsequantur mandatum Regium, quod exscribitur, dant Procuratori Oddonis de Soliaco possessionem Terrarum, quae singillatim recensentur, ut eas procuret usque ad Festum Nativitatis Dominicae, ac fructus ipsos Oddoni, si redierit in regnum, sin minus, Regiae Curiae solvat.

Per Stephanum Caczafarrum Notarium Castellanetae.

N. 8.

Olim Arca M. Fasciculus 21, N. 31.

1289, *Augusti* 18, *Indictione* 2, *Caroli II. anno V. In castris in obsidione hostium prope Caietam.*

Rex significat Andreae de Pontibus Iustitiario Aprutii citra flumen Piscariae Magistros Rationales sibi denunciasse quod adceperit Capitula (1) in Iustitiariatus officio observanda, et litteras *responsales* ad ipsos miserit.

---

(1) Capitula, quae Rex Iustitiario Aprutii se misisse dicit, regulas pro officio rite exercendo continebant. Fredericus enim ediderat Capitula *de Officio Iustitiarii recte exercendo.* Carolus I. suas antea adiderat hac de re Constitutiones; immo ei mox ipse Carolus II. alias erat editurus. Sed generalibus hisce Constitutionibus aliquid peculiare addidisse videtur in Capitulis, quorum heic mentio: nam sic scribit: » capitula tam super facto Notarii Camere quam super » aliis negotiis pluribus per te tempore tui officii tenaciter observanda ». Magistri autem Rationales Regiis Rationibus, seu Aerario praefecti faere, litesque ad illud spectantes diiudicabant. Vide *Privileg. Petri II. Regis Valentiae pro Ecclesiasticis.* Tom. III. *Concil. Hispan.* pag. 616, col. 2, et *Chron. Siciliae* ad an. 1322, apud Martan. Tom. III. *Anecdot.* col. 89. Plura de hoc officio collegit Scipio Ammiratus Lib. I. *de Famil. Neapol.* pag. 44, qui illud apud Gallos magni habitum fuisse ostendit, et celebriores viros, quorum exstat memoria, ea dignitate praefulgentes recenset.

N. 9.

Olim Arca B. Fasciculus 6, N. 17.

1289, *Augusti 22, Indictione 2, Caroli II. anno V. Piscariae.*

Barnabeus Gaspari olim Secretus, Magister Portulanus, Procurator, et Magister Salis Curiae in Aprutio constituit suum procuratorem Amicum filium suum, ut adeat Magistros Rationales, et reddat rationem officii ab se gesti.

Per Manfridum Notarii Matthaei Notarium Piscariae.

N. 10.

Olim Arca H. Fasciculus 10, N. 7.

1289, *Augusti 28, Indictione 2, Caroli II. anno V. Neritone.*

Commissarii Angeli de Pando, et Iacobi Bovis Secretorum, Magistrorum Portulanorum, et Procuratorum Apuliae, ac Magistrorum Portulanorum Aprutii, ut exsequantur mandatum Regium denuntiatum per litteras eorumdem Secretorum, quae exscribuntur, dant Riccardo de Petravalida possessionem Terrarum Montis-Sardi, et Montis-Sani, quas Rex ei concesserat, sub servitio duorum militum.

Per Paulum Pictavinum Notarium Neritonis.

FASCICULUS XV.

N. 1.

Olim Arca A. Fasciculus 89, N. 14.

1289, *Augusti 31, Indictione 2, Caroli II. anno V. Neapoli.*

Petente Yterio Pietavensi (1) Notario Credenzerio Fundici, et Doha-

(1) Permultos Gallorum in nostrum Regnum sub Andegavensibus advenisse, in eoque munia exercuisse diximus Vol. I. pag. 173, not. (1). Hos inter etiam hic Yterius est numerandus, qui in membrana Pictavensis, ac Notarius Credenzeriae renunciatus dicitur. Vox autem Credenzerius, vel Credenterius *vectigalium, et tributorum exactorem* indicat; ut Gabellotus *vectigalium, et tributorum redemptorem*. Plura de his in Constitutionibus Frederici Tit. LX. ad LXXII., et in Capitulis Caroli I. editis Neapoli an. 1282.

nae Neapolis, Iudex, et Notarius declarant, ipsum exercuisse dictum Officium per annum, ac proinde gagia posse percipere.

Per Bartholomaeum Spungatellum Notarium Neapolis.

N. 2.

Olim Arca B. Fasciculus 83, N. 10.

1289, *Septembris 4, Indictione 3, Caroli II. anno V. Sulmonae.*

Universitas Sulmonae, ut exsequatur litteras Iustitiarii Aprutii citra flumen Piscariae, eligit Iudices, et Magistrum Iuratum pro anno supradicto.

Per Angelum Iohannis Mancini Notarium Sulmonae.

N. 3.

Olim Arca B. Fasciculus 4, N. 12.

1289, *Septembris 4, Indictione 3, Caroli II. anno V. Sulmonae.*

Petente Andrea de Pontibus Iustitiario Aprutii citra flumen Piscariae, transumitur in formam publicam apodixa Oddonis Pollicerii Senescalli Regni Ierusalem (1), olim Iustitiarii eiusdem Provinciae, qua declarat recepisse ab unoquoque Iudicum electorum pro anno 2 Indictionis in Sulmona tarenos 15 pro officio Iudicatus.

Per Angelum Iohannis Mancini Notarium Sulmonae.

---

(1) Ad ea, quae Vol. I. pag. 64, not. (1) de Senescallo diximus, addendum est hunc titulum aliquando Urbium, Provinciarumque Praefectum ionuisse. Hoc sensu Senescalli in locis suae iurisdictioni subditis ius dicebant, eaque armis ab hostium adgressione tutabantur. Quum autem Rex vellet *ventosa* aliqua dignitata viros sibi addictos decorare, eos alicuius loci Senescallos renunciabat; nec tamen aliquam eis Civitatem, vel Provinciam decernebat. Id profecto Oddoni Pollicerio praestitisse videtur Carolus, qui eum honoris caussa Senescallum Regni Hierusalem, ut tamen solo titulo potiretur, creavit; ac interea Iustitiarii munus exercendum mandaverat. De hoc viro vide Ammirat. *Delle famiglia nobili Napolit.* pag. 37. Florent. 1580, qui ipsum Martini IV. sororis filium dicit, pluribusque donis a Carolo I. et II. auctum.

N. 4.

Olim Arca B. Fasciculus 2, N. 13.

1289, *Septembris* 10, *Indictione* 3, *Caroli II. anno V. Piscariae.*

Petentibus Matthaeo, et Thomasio Fantelli electis Iudicibus Piscariae, transumitur in formam publicam apodixa Oddonis Pollicerii dudum Iustitiarii Aprutii citra flumen Piscariae, et Regni Ierusalem Senescalli, qua declarat recepisse ab unoquoque Iudicum electorum pro anno 2 Indictionis in Piscaria tarenos 15 pro officio Iudicatus (1).

Per Manfridum Notarii Matthaei Notarium Piscariae.

N. 5.

Olim Arca B. Fasciculus 2, N. 11.

1289, *Septembris* 12, *Indictione* 3, *Caroli II. anno V. Bucclani.*

Universitas Bucclani, ut exsequatur mandatum Regium, quod exscribitur, eligit suum Syndicum Nicolaum Iudicis Barnabei, ut adeat Andream de Pontibus Iustitiarium Aprutii citra flumen Piscariae, eique offerat uncias 20 pro Regni necessitatibus.

Per Guillelmum Benedicti Notarium Bucclani.

N. 6.

Olim Arca D. Fasciculus 50, N. 7.

1289, *Septembris* 14, *Indictione* 3, *Caroli II. anno V. Francavillae.*

Petentibus Petro Amelii, et Benedicto Marino electis Iudicibus Francavillae, transumitur in formam publicam apodixa Oddonis Pollicerii dudum Iustitiarii Aprutii citra flumen Piscariae, et Regni Ierusalem Senescalli, qua declarat recepisse ab unoquoque Iudicum electorum pro anno 2 Indictionis in Francavilla tarenos auri 7, et granos 10 pro officio Iudicatus.

Per Clericum Comitis Rubey Notarium Francavillae.

---

(1) Carolus II. in Capitulis editis in Planitie S. Martini anno 1282, dum Regni Vicarii munere fungeretur, constituit, ut *pro littera Iudicis tareni 12* exigerentur, *pro iure sigilli*. Itaque tareni 15, quorum mentio in nostro instrumento habetur, solvebantur pro iure sigilli, aucta tantisper *taxa*. Huius autem augmenti documentum etiam habemus in Capitulis, quae postea Rex ipse promulgavit. In his enim sentiens *taxam* ab se editam sensim fuisse adauctam, ad pristinum reducendam mandavit his verbis: *solutionem sigilli reducimus ad moderamen, quod continetur in Capitulis nostris editis in planitie S. Martini.*

N. 7.

Olim Arca D. Fasciculus 62, N. 10.

1289, *Septembris* 19, *Indictione* 3, *Caroli II. anno V.*
Guasto-Aymone.

Universitates singillatim recensitae, ut exsequantur mandatum Regium, quod exscribitur, eligunt suos Syndicos, ut adeant Andream de Pontibus Iustitiarium Aprutii citra flumen Piscariae, eique offerant pecuniam singillatim descriptam pro Regni necessitatibus.
Per Benencasam Berardi Notarium Guasti-Aymonie.

N. 8.

Olim Arca A. Fasciculus 82, N. 3.

1289, *Septembris* 19, *Indictione* 3, *Caroli II. anno V.*
Guasto-Aymone.

Universitas Guasti-Aymonis, ut exsequatur mandatum Regium, quod exscribitur, eligit suum Syndicum Malgerium Guillelmi, ut adeat Andream de Pontibus Iustitiarium Aprutii citra flumen Piscariae, eique offerat uncias auri 20 pro Regni necessitatibus.
Per Benencasam Berardi Notarium Guasti-Aymonis.

N. 9.

Olim Arca B. Fasciculus 45, N. 10.

1289, *Septembris* 25, *Indictione* 3, *Caroli II. anno V.*
Reate.

Rex mandat Andreae de Pontibus Iustitiario Aprutii citra flumen Piscariae, ut inquirat, num Henricus, et Gualterius sint filii legitimi quondam Pectorani de Pectorano, et num ipsi, et pater fideles fuerint, ac pheudale servitium solverint, ut possint assecurari ab hominibus Terrarum, quae eorum patri donatae fuerant.

N. 10.

Olim Arca K. Fasciculus 41, N. 46.

1289, *Septembris 27, Indictione 3, Nuceriae Christianorum.*

Robertus Comes Atrebatensis, et Carolus Princeps Salernitanus Primogenitus Caroli II., Vicarius in Regno Siciliae (1) mandant Guidoni de Alamania Iustitiario Terrae Laboris, et Comitatus Molisii, ut solvat Symoni de Nobato, et quinque equitibus, ac viginti peditibus statutis ad custodiam passuum Terrae Laboris gagia singillatim recensita.

FASCICULUS XVI.

N. 1.

Olim Arca B. Fasciculus 1, N. 3.

1289, *Septembris* 30, *Indictione* 3, *Caroli II. anno V. Sulmonae.*

Andreas de Pontibus Iustitiarius Aprutii citra flumen Piscariae, ut exsequatur mandatum Regium, recipit ab Universitatibus singillatim recensitis subsidia, quae taxantur pro Regni necessitatibus.

Per Franciscum Thomasii Notarium Sulmonae.

---

(1) Duo ex hac membrana scimus: primum est, quod Carolus II. iam e regno discesserat, ut in Galliam componendis rebus Siciliae pergeret. Hoc autem iter paucis ante diebus susceptum fuisse constat ex membrana Fasciculi XIX. N. 4, in qua mandatum Caroli *datum Neapoli die 15 Septembris*; et ex alia Fascic. XX. N. 10, in qua aliud *datum Sulmone die 19 Septembris* exscribitur. Alterum est, quod Carolus Princeps Salernitanus primogenitus ipsius Caroli II. Vicarii munus susceperit: idque et Giannonius adnotat Lib. XXI. cap. 3. Qua autem de causa etiam Robertus Comes Atrebatensis additus, et quidem sine ullo titulo sit, nescimus, nisi quia hic longa experientia Regni edoctus, negotiis recte administrandis par erat, et Carolo Vicario adhuc adolescenti opportuna consilia praebere poterat. Falluntur itaque Giannonius Lib. XXI. cap. 3, et Constantius Lib. III. dum scribunt Robertum post inducias a Carolo II. Siculis apud Caietam concessas, hanc ob rem iratum Regno abiisse in Galliam rediturum. Ceterum quae Giannonius, dum de his rebus agit, tradit de Regno Hungariae, de itinere Caroli Principis Salernitani in Germaniam, et Hungariam, de matrimonio inter ipsum et filiam Rodulphi I. Imperatoris, et de itinere Caroli II. in Galliam, adeo adglomerata, et permixta sunt, ut uno tempore facta videantur. Igitur sic habeas, lector: cuncta haec, quae ad Carolum filium Caroli II. Regem Hungariae pertinent, serius, ac ordine suo ex certis documentis facile eruendo, evenere: quod et pro re nata adnotabimus.

N. 2.

Olim Arca A. Fasciculus 63, N. 9.

1289, *Novembris* 2, *Indictione* 3, *Venusii.*

Robertus Comes Atrebatensis (1) mandat Angelo de Pando, et Iacobo Bovi Secretis, Magistris Portulanis, et Procuratoribus Apuliae, ut alteruter pergat Tarentum, et Brundusium, et faciat armare Galeas duas, et Galionum unum, ad protegendas ab hostibus onerarias naves (2), quae frumenti salmas 500, et hordei salmas 1000 vecturae erant Brundusio ad oras Curiliani, vel S. Mauri pro Curia.

N. 3.

Olim Arca A. Fasciculus 85, N. 18.

1290, (1289) (3) *Novembris* 14, *Indictione* 3, *Caroli II. anno V. Ravelli.*

Iuratus Ravelli, ut exsequatur litteras Magistrorum Rationalium, quae exscribuntur, adnotat bona Paschalis de Imperatore, eaque procuranda tradit Alexandro de Zura, quia citatus non comparuerat coram ipsis Magistris Rationalibus.

Per Petrum de Grifo Notarium Ravelli.

---

(1) Heic, et in sequentibus membranis Robertus Comes Atrebatensis nullo titulo ornatus adparet, contra ac in membranis tunc scriptis, quum Carolus captivos manebat, observavimus; quod confirmat id, quod in Adnotatione praecedenti scripsimus, ipsum scilicet ea una ex caussa, ut Carolum in Vicariatus officio iuvaret, in Regno mansisse. Auctoritatem vero ei tributam ab Rege, nec a Vicario disputatam commonstrant mandata, eorumque exsequutiones, quae locum non habuissent, si uti titolo, ita auctoritate quoque caruisset.

(2) Quinam sint hostes, quos Robertus Comes Atrebatensis timet, ne capiant naves, quae frumentum Brundusio ad oras Calabriae pro Curia ferebant, nescimus. Non enim Siculos hos fuisse credimus, quum Carolus II. paucis ante diebus inducias duorum annorum cum ipsis apud Caietam fecerit. Vide pag. 54, Not. (1), id autem Robertum latere non poterat. Alias gentes, uti Graecos, et Tunetinos, adversus quos Carolus I. bellaverat, pacem servasse historici, dum de bellorum instauratione nihil tradunt, indicare videntur. Superest igitur, ut putemus hostes, de quibus sermo, vel piratas fuisse e barbarorum oris more suo erumpentes, vel Siculos ipsos, qui etiam post inducias subditos Caroli II. vexare non destiterint.

(3) Heic pro anno 1290 annum 1289 ponendum censemus, quum reliquae notae chronologicae huic anno conveniant.

N. 4.

Olim Arca B. Fasciculus 21, N. 2.

1289, (1290) (1) *Ianuarii* 3, *Indictione* 3, *Caroli II. anno V. Melfictae.*

Commissarius Angeli Faraoni Iustitiarii Terrae Bari, ut exsequatur mandatum Roberti Comitis Atrabatensis, et Caroli Principis Salernitani Vicarii in Regno Siciliae, quod exscribitur, divulgat in Terris singillatim recensitis neminem simpliciter oblatum esse immunem a collectis, nisi Divino servitio se mancipaverit, vel aliquod Monasterium fuerit ingressus (2).

Per Iohannem Notarium Melfictae.

N. 5.

Olim Arca B. Fasciculus 2, N. 17.

1290, *Ianuarii* 31, *Indictione* 3, *Caroli II. anno VI. Spinacziolae.*

Petentibus Massariis Curiae in Monte Solicola, Iudex, et Notarius declarant boves duos dictae Massariae morte naturali obiisse.

Per Petrum Notarium Spinacziolae.

---

(1) In hac membrana annum 1289 pro 1290 scriptum fuisse vel ex eo patet, quod mandatum in ipsa exscriptum datum est *anno 1289 die 5 Decembris.* Nam quomodo fieri poterat, ut Commissarii III. Non. Ian. 1289 exsequerentur, quod nondum fuerat iniunctum? Praeterea mense Ianuario 1289 nec indictio III. signabatur, nec Carolus II. captivitate liberatus fuerat, nec Carolus eius filius cum Roberto Atrebatensi Vicarii munere fungebatur.

(2) Carolus II. in Capitulis editis in Planitie S. Martini decreverat, ut *Clerici, qui clericaliter viverent, a collectis, aliisque solutionibus eximerentur.* Vid. *Capitul. Reg. Sicil. C. Item Statuimus.* At vero ut huiusmodi privilegio fruerentur, multi Divino servitio, aut alicui Religioso Ordini sese offerebant, atque per huiusmodi oblationem inter Clericos, et Monachos se recensendos contendebant. Huiusmodi itaque homines respicit mandatum Roberti Vicarii, qui eos tantum Immunitate gaudentes agnoscit, qui vel Divino servitio addicti, vel aliquod Monasterium ingressi fuerint.

N. 6.

Olim Arca G. Fasciculus 23, N. 13.

1290, *Februarii* 6, *Indictione* 3, *Spinaciolae.*

Robertus Comes Atrebatensis mandat Poncio de Blancoforti Iustitiario Aprutii, et Aerario, ut ad exsequendum mandatum Caroli II., quod exscribitur, solvat Lombardo de Curbano militi gagia debita.

N. 7.

Olim Arca B. Fasciculus 28, N. 12.

1290, *Martii* 12, *Indictione* 3, *Caroli II. anno V. in Castello-Maris* (1).

Comiti duarum galearum Curiae singillatim recensiti, qui naufragium passi fuerant, et ob tempestatem, et timorem hostium detinebantur in portu Castelli-Maris, declarant, se pro substentatione vitae salmas 5, et thuminum unum frumenti Regii, quod a superadstantibus adservabatur, accepisse.

Per Bartholomaeum Notarium Castelli-Maris.

N. 8.

Olim Arca D. Fasciculus 41, N. 11.

1290, *Martii* 13, *Indictione* 3, *Neapoli.*

Carolus Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Petro de Brayda Iustitiario Capitanatae, ut non procedat contra Ursonem Pastorem Magistrum Massariarum Curiae in Capitanata, quia comparuerat coram Magistris Rationalibus ad reddendam rationem officii sui.

---

(1) Navigantibus Tarento Locros, seu Hieracium occurrit, uti ex membrana patet, locus nomine *Castellum-Maris*, ubi naufragium passi sunt. Num vero fuerit is, quem hodie vocant *Torre di mare*, an potius alius, quem dicunt *Castella* dubia res fortasso videbitur, quum uterque in illis oris prostet. Verum *Torre di mare* saepe Turris-Maris adpellatur in membranis ad medium aevum pertinentibus, unde otiosum videretur aliud nomen, quod habet membrana. Adcedit, quod inter loca Episcopo Insulano olim subiecta est *Castellum-Maris*, idque proprie hodie *Castelle* dicitur. Vide Ughell. *Ital. sacr.* Tom. VIII. col. 505. Venet. 1721.

N. 9.

Olim Arca D. Fasciculus 30, N. 15.

1290, *Maii* 30, *Indictione* 3, *Neapoli.*

Robertus Comes Atrebatensis mandat Riccardo de Troia Magistro Massario Curiae in Terra Bari, ut vendat eam quantitatem frumenti, ac hordei (1), cuius pretio possit frumentum ipsum metere, et septem currus emere cum racanis (2) pro dictis Massariis.

N. 10.

Olim Arca E. Fasciculus 65, N. 8.

1290, *Augusti* 16, *Indictione* 3, *Lacu-pensili.*

Carolus Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae ad componendas dissensiones, mandat Petro de Quinzac Vicario in Principatu, et Straticoto Salerni, ut sexto quoque mense ipse una cum iudicibus, et duodecim civibus inter nobiles, mercatores, et mediocres eligant 24 homines, qui omnes simul coniuncti eligant alios ad disponenda, et ordinanda negotia Universitatis.

---

(1) Haec membrana aerarii inopiam ostendit; siquidem Robertus Comes Atrebatensis frumentum, ac hordeum, antequam meterentur, vendi iubet, ut necessariis expensis *massariarum* satisfieri possit. Quod et magno etiam erat detrimento, nam certe segetes minoris, quam si collectae fuissent, vendebantur. Neque credas frumentum anno praecedenti collectum venditum heic significari, quum membrana die 30 Maii scripta sit, et apertius dicatur vendendum esse frumentum *recollectionis instantis.*

(2) Currus qui recensentur, eos fuisse constat, qui rei rusticae inservirent. De *Racanis* tandem, si Lexicographos consulueris, vestes viliores, eam vocem indicari disces. Sed alia etiam addenda est significatio, quam et Appuli adhuc retinent, et omnino ad rem nostram pertinere cognoscimus. *Racanum* enim vocant telam illam cannabinam, quae fruges carpentis deferendas excipit, et contegit. Siquidem ea carpenta hastis quibusdam cinguntur, inter quas tela ista extenditur, et frugibus impletur. Id obfirmant verba membranae, ubi currus *cum racanis et aliis apparatibus ipsorum* coniunguntur; quod utique novam significationem huius vocis in Glossaria posset inducere.

FASCICULUS XVII.

N. 1.

Olim Arca B. Fasciculus 23, N. 10.

1290, *Augusti* 31, *Indictione* 3, *Caroli II. anno VI. Praecinae.*

Commissarii Symonis de Malorespectu Iustitiarii Capitanatae, ut exsequantur mandatum Caroli Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae denuntiatum per litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, per testium depositiones inquirunt, quaenam sint bona Nicolai Comestabuli Marescalli, quae revocanda erant ad Curiam ob rationes officii non redditas.

Per Ypolitum Notarium Praecinae.

N. 2.

Olim Arca D. Fasciculus 15, N. 2.

1291, (1290) (1) *Octobris* 4, *Indictione* 4, *Caroli II. anno VI. Castellanetae.*

Iacobus de Prothoncino olim Magister Salis Curiae in Terra-Ydronti, ut Commissarii Vice-Secretorum, et Magistrorum Salis Curiae in Terra-Ydronti restituant Iohanni Trabae salis thuminos 300, quos uti illegitime emptos detinebant, declarat se tempore officii sui illud ipsi vendidisse.

Per Iacobum de Magistro Sardo Notarium Castellanetae.

N. 3.

Olim Arca C. Fasciculus 33, N. 2.

1290, *Octobris* 13, *Indictione* 4, *Caroli II. anno VI. Caietae.*

Petente Ansaldo Lavandario Capitaneo Caietae, Iudex, et Notarius declarant Leonem de Iuvenacio Iudicem et Assessorem, et Robertum de Trevento Actorum Notarium continenter moratos esse cum eodem Capitaneo ad suum munus obeundum.

Per Brancaleonem Notarium Caietae.

---

(1) Haec membrana ad hunc annum revocavimus, quum indictio, et anni Caroli II. conveniant.

N. 4.

Olim Arca A. Fasciculus 59, N. 9.

1290, *Novembris* 4, *Indictione* 4, *Corneti*.

Robertus Comes Atrebatensis mandat Guiczardo de Pisiniaco Iustitiario Basilicatae, ut diligenter custodire faciat nuncios ab hostibus mittendos (1), ne cum civibus de rebus Maiestati contrariis colloquantur.

N. 5.

Olim Arca C. Fasciculus 82, N. 10.

1290, *Novembris* 6, *Indictione* 4, *Traiecti*.

Carolus Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Ansaldo Lavandario Capitaneo Caietae, ut una cum quatuor hominibus ab Universitate Caietae eligendis vendat ad rationem tareni unius, et granorum 5 pro quolibet thumino frumentum corruptioni proximum in eadem Urbe servatam, et ex pretio emat frumentum bonum.

N. 6.

Olim Arca E. Fasciculus 89, N. 14.

1290, *Novembris* 18, *Indictione* 4, *Venusii*.

Robertus Comes Atrebatensis mandat Guiczardo de Pisiniaco Iustitiario Basilicatae, ut si constet Collectores generalis subventionis anni 3 Indictionis pecuniam debitam Regiae Curiae exsolvisse, eos non vexet.

---

(1) Hostes, quorum nuntios Robertus Comes Atrebatensis in regnum adventare dicit, Siculos fuisse minime dubitamus. Hi enim recte hostes dicuntur, quum non pax, sed induciae antea cum ipsis fuerint pactae. Et scimus tunc temporis plura pro Sicilia recuperanda acta fuisse. Quum autem Robertus Corneti maneret, nuntii ipsi eo convenire debebant, ac propterea Iustitiario Basilicatae mandat, ne quempiam cum ipsis colloqui sinat.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 4, N. 6.

1290, *Decembris* 20, *Indictione* 4, *Neapoli.*

Carolus Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Ansaldo de Lavandaria Capitaneo Caietae, ut non exigat a Leone Caboto poenam ei impositam, eo quod iam solverat residua pecuniae debita pro Cabella Fundici, et Dohanae Caietae, quam exercuerat.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 55, N. 19.

1290, *Decembris* 23, *Indictione* 4, *Neapoli.*

Carolus Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae, ut exsequatur mandatum Nicolai Summi Pontificis, quod exscribitur, mandat Ansaldo Lavandario Capitaneo Caietae, ne impediat navea, quae vehentes frumentum emptum a nuntiis eiusdem Pontificis Caietam appulerant, coeptum iter prosequi.

N. 9.

Olim Arca D. Fasciculus 48, N. 9.

1291, *Martii* 3, *Indictione* 4, *Caroli II. anno VII. Bari.*

Procuratores rerum Curiae in Baro, ut exsequantur mandatum Roberti Comitis Atrebatensis denunciatum per litteras Petri de Marra Secreti, Magistri Portulani, et Procuratoria, et Magistri Salis Curiae in Apulia, quae exscribuntur, tradunt Bello de Messana eam partem bonorum stabilium Roberti Melincionis proditoris, quae redderet annuas uncias auri 8, in excambium (1) totidem unciarum, quae pridem ei concessae fuerant super iuribus Baiulationis Potentiae.

Per Silverium Notarium Bari.

---

(1) Vox *excambium* permutationem significare docent Lexicographi. Haec a verbo *Cambium*, quod vel in ipsis Longobardicis legibus reperimus, originem arcessit. Leg. Longob. Lib. III. tit. 8. §. 4.

N. 10.

Olim Arca A. Fasciculus 27, N. 3.

1291, *Maii 7*, *Indictione 4*, *Baroli.*

Robertus Comes Atrebatensis, et Carolus Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandant Petro de Marra Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori Apuliae, ut restituat Bartholomaeo de Anna dudum Secreto Aprutii omnia bona capta, quia composuerat rationes suas cum ipsa Curia.

FASCICULUS XVIII.

N. 1.

Olim Arca M. Fasciculus 16, N. 11.

1291, *Maii 15*, *Indictione 4*, *Venusii.*

Robertus Comes Atrebatensis mandat Guillelmo Solavello Iustitiario Terrae Bari, ut iterum per praeconem vetet omnibus deferri arma, puniat transgressores (1), solvat gagia Stipendiariis de pecunia proventuum officii sui, et si non sufficiat, eorum aliquos dimittat.

N. 2.

Olim Arca B. Fasciculus 9, N. 17.

1291, *Iulii 20*, *Indictione 4*, *Caroli II. anno VII. Bari.*

Procuratores rerum Curiae in Baro declarant neminem comparuisse, qui vellet conducere tres domunculas, et quartam partem furni Curiae in Baro.

Per Nicolaum de Chunato Notarium Bari.

---

(1) Armorum delationem in Constitutionibus Regni vetitam fuisse Robertus Atrebatensis hoc diplomate adfirmat. Et sane Fredericus in Constit. *Intentionis nostrae* non modo sancit, ne quis arma prohibita deferat, sed etiam quae hoc nomine veniant, explicat. Id ipsum Carolus II. confirmavit Capitulo *Plectantur.* Robertus igitur Atrebatensis haec eadem, ut observentur, inculcat. Excipiuntur tamen viatores, quibus tantum *enses*, et *cultelli* permittuntur.

N. 3.

Olim Arca A. Fasciculus 81, N. 5.

1291, *Iulii* 29, *Indictione* 4, *Caroli II. anno VII. Iuvenacii.*

Iuratus Iuvenacii, ut exsequatur litteras Guillelmi Sclavelli Iustitiarii Terrae Bari, quae exscribuntur, forbannit Goffridum Rogerii, eiusque bonorum mobilium tertiam quidem partem vendit, reliquas vero adnotat pro Curia, quia stabilia non habebat.

Per Iohannem Paulum Notarium Iuvenacii.

N. 4.

Olim Arca K. Fasciculus 50, N. 12.

1291, *Augusti* 7, *Indictione* 4, *Neapoli.*

Carolus Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori Apuliae, ut sinat Fratrem Iohannem de Aureliano Priorem Hospitalis S. Iohannis Hierosolymitani in Capua (1) extrahere de portubus Apuliae equum, roncinos, et mulos 20, vehendos ad insulam Capri, nec non hordeum eis necessarium.

N. 5.

Olim Arca C. Fasciculus 47, N. 2.

1291, *Augusti* 27, *Indictione* 4, *Rivi-Nigri.*

Robertus Comes Atrebatensis mandat Petro de Marra Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori, ac Magistro Salis Curiae in Apulia, ut recipiat domum sitam Baroli, quam Odinus Tallator resignaverat, eique adsignet alia bona Curiae eiusdem valoris in Trano.

---

(1) Hospitale S. Iohannis Hierosolymitani in Capua ne confundas, lector, cum alio ibidem instituto sub titulo S. Lazari, cuius nunc etiam *Abbatia* celebratur. Illud enim, de quo membrana agit, ab Rogerio fundatum fertur. Vid. Rinald. *Memor. Stor. della Città di Capua*, Tom. II., pag. 182, Nap. 1755. Eius bona per nostrum Regnum sparsa in Regestis notantur. Vid. Reg. sig. 1269, D. fol. 36, et 42, et a t.°, et 1274, B. fol. 43, et 157. Vigebat utique Hospitale hoc temporibus Regum Andegavensium; immo viguit, donec a Carolo V. deletum anno 1557, ut novis munitionibus opportunum praeberet locum. Eius bona Ordini Hierosolymitano locupletando cesserunt. Vid. Rinald. loc. cit., et Granata *Stor. Sacr. della Chiesa Metrop. di Capua*, Tom. I., pag. 285., Nap. 1766.

N. 6.

Olim Arca D. Fasciculus 48, N. 6.

1291, *Septembris* 9, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VII. Potentiae.*

Commissarius Petri de Marra Secreti, Magistri Portulani, et Procuratoris, ac Magistri Salis Curiae in Apulia, ut exsequatur litteras eius, quae exscribuntur, post subhastationem, locat Palmerio Domini Rogerii de Comestabulo Cabellam Baiulationis Potentiae cum iuribus singillatim recensitis, unciis auri 65 ponderis generalis.

Per Iohannem de Gunella Notarium Potentiae.

N. 7.

Olim Arca A. Fasciculus 84, N. 2.

1292, (1291) (1) *Septembris* 10, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VII. Vigiliis.*

Commissarius Petri de Marra Secreti, Magistri Portulani, et Procuratoris, ac Magistri Salis Curiae in Apulia, ut exsequatur litteras eius quae exscribuntur, post subhastationem, et fideiussionem, locat Benuto Iudicis Vassalli Cabellam Baiulationis Vigiliarum unciis 110 ponderis generalis.

Per Nicolaum Notarium Vigiliarum.

N. 8.

Olim Arca H. Fasciculus 35, N. 5.

1291, *Septembris* 11, *Indictione* 5, *Neapoli.*

Robertus Comes Atrebatensis mandat Petro de Marra Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori, ac Magistro Salis Curiae in Apulia, ut solvat

---

(1) In hac membrana, et insequentibus N. 9, et 10; ac Fascic. XIX. N. 4, 6, et 8, pro anno 1292 annum 1291 scribendum censemus; idque, praeter alia argumenta, ostendit nomen Petri de Marra Secreti, Magistri Portulani, Procuratoris, et Magistri Salis Curiae in Apulia, qui, uti patet ex membrana Fascic. XX. N. 4, IV. Kal. Decemb. 1291 hoc officium exercebat; at X. Kal. Apr. 1292 ei suffectus fuerat Tancredus Sir Sansonis, cui XVI. Kal. Octob. 1292 iam successerat Petrus de Tolosa. Vid. Fascic. XXVII. N. 3.

Malecto de Straeles libras turonensium 44, et solidos 2, et Iacomardo de Braela libras 47, et solidos 15 debitas ipsis pro residuo gagiorum; quae pecunia computata ad rationem solidorum 50 pro uncia, sunt unciae 36, tareni 22, et grana 4 (1).

---

(1) In hac membrana plura continentur, quae amatoribus rei numismaticae fortasse non displicebunt; hine eam exscribendam censuimus.

» Robertus Comes Atrebatensis Nobili Viro Domino Petro de Marra de Ba-
» rolo Sacreto Magistro Portulano et Procuratori ac Magistro Salis Apulie de-
» voto suo salutem et dilectionem sinceram Produxerunt nuper nobis Malectus
» de Straeles et Iacomardos de Braela familiares nostri litteras nostras olim
» eis indultas continentie talis Robertus Comes Atrebatensis Tenore presen-
» tium notumfacimus universis quod facto compoto per Malectum de Stra-
» elas et Iacomardum de Braela familiares nostros cum Magistro Arturo de Mon-
» teleonis dilecto familiari nostro ad mandatum nostrum oretenus sibi factum
» invenitur tam per quaternum computorum quondam Simonis Apothecarii
» olim Thesaurarii nostri quem Dominus Radulphus Cappellanus noster penes se
» habet quam per sacramentum dictorum Malecti et Iacomardi quod Curia te-
» netur eisdem que restiterunt eis per nos ad solvendum de gagiis eorum con-
» ventis eis per nos pro primo anno quo ipsi Vallecti tanquam Stipendiarii ve-
» nerunt nobiscum in regnum in libris et solidis turonensibus infrascriptis vi-
» delicet predicto Malecto in libris quadraginta quatuor, et solidis duobus et
» dicto Iacomardo in libris quadragiota septem et solidis quindecim In cuius rei
» fidem dictis Malecto et Iacomardo presentes recognitionis nostre litteras fieri
» mandavimus sigillo nostro munitas Datum Neapoli anno Domini M.°CC.°LXXXX.°
» die primo Iunii III.° Indictionis. Cumque velimus predictis Malecto et Ia-
» comardo vel eorum nuncio pro eisdem in integro satisfieri de debito su-
» pradicto dictis turonensibus computatis ana solidis quinquaginta per un-
» ciam qui sunt ad rationem predictam auri uncie triginta sex tareni vi-
» gintiduo et grani quatuor ponderis generalis Devotioni vastra precipiendo
» mandamus quatenus prefatis Malecto et Iacomardo vel eorum nuncio pro
» eisdem cuilibet videlicet eorum ad generale pondus quantitatem subscri-
» ptam videlicet dicto Malecto pro predictis libris quadraginta quatuor et so-
» lidis duobus computatis ad rationem predictam de solidis quinquaginta per
» unciam auri uncie decem et septem tareni decem et novem et grani qua-
» tuor et dicto Iacomardo pro predictis libris quadraginta septem et solidis
» quindecim computatis ad rationem eamdem auri uncie decem et novem et
» tareni tres debite sibi per Curiam prout in predictis nostris litteris de huiusmo-
» di recognitione debiti eis indultis supra distinguitur de pecunia Curie dicto-
» rum officiorum vestrorum anni quinte Indictionis existente vel futura per
» manus vastras sine defectu quolibet pro parte Curie solvere debeatis man-
» dato aliquo in contrarium non obstante Recepturi de hiis quae presentium
» auctoritate solveritis pro vestri cautela ydoneam apodixam Datum Neapoli
» anno domini M.°CC.°XCI.° die XI.° Septembris V.° Indictionis. »

N. 9.

Olim Arca B. Fasciculus 18, N. 8.

1292, (1291) (1) *Septembris* 14, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VII. Venusii.*

Commissarius Petri de Marra Secreti, Magistri Portulani, et Procuratoris, ac Magistri Salis Curiae in Apulia, ut exsequatur litteras eiusdem Secreti, quae exscribuntur, post subhastationem, et fideiussionem, locat hominibus singillatim recensitis Cabellam Baiulationis Venusii cum suis iuribus unciis auri 110.

Per Guillelmum Notarium Venusii.

N. 10.

Olim Arca A. Fasciculus 90, N. 22.

1292, (1291) (2) *Septembris* 18, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VII. Poliniani.*

Commissarius Petri de Marra Secreti, Magistri Portulani, et Procuratoris, ac Magistri Salis Curiae in Apulia, ut exsequatur litteras eiusdem Secreti, quae exscribuntur, locat hominibus singillatim recensitis Cabellam Baiulationis Poliniani cum suis iuribus unciis 21.

Per Nicolaum Leonardi Campsoris Notarium Poliniani.

FASCICULUS XIX.

N. 1.

Olim Arca G. Fasciculus 49, N. 9.

1291, *Septembris* 19, *Indictione* 5, *Avellini.*

Robertus Comes Atrebatensis mandat Petro de Marra Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori, ac Magistro Salis Curiae in Apulia,

(1) Vid. pag. 72, not. (1).
(2) Vid. pag. 72, not. (1).

ut solvat Gualterio de Villano dimidium pensionis annuae, nempe uncias auri 9, de pecunia tributi Iudaeorum Trani (1).

N. 2.

Olim Arca K. Fasciculus 42, N. 14.

1291, *Septembris* 19, *Indictione* 5, *Avellini.*

Robertus Comes Atrebatensis mandat Henrico Ruffo Iustitiario Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut solvat Iohanni de Apia Senescallo Regni Siciliae, dudum Capitaneo Principatus, quidquid debetur ei pro gagiis Capitaniae, dummodo constet dictum Capitaneum solvisse servitium Curiae debitum pro pheudo.

N. 3.

Olim Arca A. Fasciculus 90, N. 5.

1292, (1291) (2) *Septembris* 25, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VII. Tarenti.*

Rao de Tarento Statutus super locandis iuribus Curiae, post subhastationem, locat unciis 51 Angelo de Sir Cataldo Morasprino Cabellam Silvae Tarenti cum suis iuribus excepta venatione, et arborum incisione.

Per Symeonem Buckerium Notarium Tarenti.

---

(1) In civitate Trani usque a temporibus Gulielmi I. Hebraeos plures fuisse qui ibi etiam Synagogam habebant tradit Razzanus. Et Ughellius, Tom. VII. col. 885. Ven. 1721, eorum adventum an. 1144 statuit, quum scilicet ex Hispania pulsi fuere. Quid autem ipsi Regine Curiae solverent, nescimus, sed procul dubio Episcopo Tranensi non modicam cerae copiam quotannis debebant. Vid. Reg. sig. 1274. B. fol. 155. Certe quidem pecuniam multo maiorem, quam nostrum diploma adsignat Gualterio, Regi debebant. Tandem ipsos ab Alphonso Rege inde eiectos fuisse docent Barth. Facius *de Rebus Alphonsi*, et Ughellius loc. cit.

(2) Hanc membranam ad annum 1291 referendam esse, praeter indictionem, et ceteras notas, ostendit etiam nomen Petri de Marra, qui anno 1282 non erat Secretus Apuliae. Vid. pag. 72, not. (1).

N. 4.

Olim Arca A. Fasciculus 89, N. 1.

1293, (1291) (1) *Octobris* 4, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VIII. Baroli.*

Petente Petro de Marra Secreto, Magistro Portulano, et Procuratore, ac Magistro Salis Curiae in Apulia transumitur in formam publicam mandatum Roberti Comitis Atrebatensis, et Caroli Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae, quo, ut exsequantur mandatum Caroli II, quod exscribitur, mandant Secretis, Magistris Portulanis, et Procuratoribus Apuliae, ut solvant quotannis uxori, et filiis Iohannis Russi uncias 100, ipsi Iohanni ab Rege concessas.

Per Iohannem de Cantore Notarium Baroli.

N. 5.

Olim Arca B. Fasciculus 57, N. 3.

1291, *Octobris* 27, *Indictione* 5, *Neapoli.*

Carolus Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae, dat Lucae de Neapoli officium Secretiae Aprutii in Cabellam (2) pro anno V. Indictionis.

N. 6.

Olim Arca B. Fasciculus 3, N. 6.

1292, (1291) (3) *Octobris* 28, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VII. Tarenti.*

Francus de Marra Vicemgerens Petri de Marra in Iustitiariatu Terrae-Ydronti locat Manfrido Domini Caroli iura Procurationis antiquae Tarenti, cum iure Curaturae, seu Terragiorum, unciis 41.

Per Laurentium Notarium Tarenti.

---

(1) Annum etiam 1291 huic membranae adposuimus, tum quia Notarius Iohannes da Cantore annos secundum Pisanorum methodum saepe enumerabat, tum quia Petrus de Marra anno insequenti munus Secreti non gerebat, tum denique quia mandatum Roberti Comitis Atrebatensis, et Caroli Principis Salernitani, quod exscribitur, datum est *anno millesimo ducentesimo nonagesimo primo die septimodecimo septembris quinte indictionis*; nec in animum inducere potuimus Regii mandati exsequutionem ad sequentem annum fuisse dilatam.

(2) Quid valeat *dare in Cabellam* officium Secretiae, satis eruitur ex iis, quae dicta sunt Vol. I., pag. 25, not. (2), et pag. 26 not. (1).

(3) Vid. pag. 72, not. (1).

N. 7.

Olim Arca .., Fasciculus .., N. ...

1291, *Octobris* 31, *Indictione* 5, *Neapoli.*

Robertus Comes Atrebatensis acceptat solutionem unciarum 28, et tarenorum 15 a Petro de Marra Secreto, Magistro Portulano, et Procuratore, et Magistro Salis Curiae in Apulia factam familiaribus eiusdem Comitis singillatim recensitis, pro gagiis eorum.

N. 8.

Olim Arca H. Fasciculus 54, N. 13.

1292, (1291) (1) *Novembris* 5, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VII. Brundusii.*

Petente Franco de Marra Vicario Petri de Marra Secreti, Magistri Portulani, et Procuratoris, ac Magistri Salis Curiae in Apulia, Iudex, et Notarius per testium depositiones declarant ipsum Francum adsignasse Bartholomaeo de Anna uncias 40 in florenis (2) deferendas Barolum ad dictum Petrum, vel ad Risonum de Marra eius patrem.

Per Guillelmum Pulpum Notarium Brundusii.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 6, N. 14.

1291, *Novembris* 7, *Indictione* 5, *Capuae.*

Carolus Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae, mandat Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori Apulise, ut sinat Sergium Sannellam, et Marinum Argentarium nuncios Universitatis Monopoli extrahere de portubus Manfridoniae, et Baroli frumenti salmas 500, et hordei salmas 200 vehendas ad dictam Universitatem, quae penuria laborabat.

---

(1) Heic Notarius Guillelmus Pulpus anno Pisano utitur, uti in membrana Fascic. VI. n. 6. Vid. pag. 24, not. (1). Vid. etiam pag. 72, not. (1).
(2) Vid. Vol. I., pag. 154. not. (1).

N. 10.

Olim Arca C. Fasciculus 90, N. 14.

1291, *Novembris 12, Indictione 5, in Turri S. Herasmi prope Capuam.*

Carolus Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae, mandat Petro de Marra Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori Apuliae, ut recipiat pro Curia Cabellam Ferri, Azari, Picis, et Vomerum Civitatum Trani, et Baroli, quam Fabianus de Lodoysio resignaverat, eamque faciat vel ad Credentiam, vel ad Extaleum procurari.

FASCICULUS XX.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 65, N. 8.

1291, *Novembris 17, Indictione 5, Neapoli.*

Carolus Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae, mandat Petro de Marra Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori, ac Magistro Salis Apuliae, ut Botonti de pecunia proventuum decimae Olei solvat Guilielmo de Alneto uncias auri 582, tarenos 29, et grana 2, quia non poterat id percipere a mulctis impositis pro criminibus, uti praeceperat (1).

---

(1) Diploma exscriptum, quia plura continet scitu utilia, heic edendum duximus:

» Karolus Primogenitus Illustris Ierusalem et Sicilie Regis et cetera. Nobili » viro Domino Guinzardo de Ponsiniaco Iustitiario Basilicate et cetera. Audacius » prurumpit ad reproba impunita temeritas perversorum multoque hostinatius » iniqui pertinacitas hominis in deteriora multociens recidivat ubi primum » plectibile quod commisit impune preteriisse se sentiens laxatam sibi denuo in » graviora licentiam arbitratur patet enim et certius iam absque coniectura col» ligitur quod si parcialitas rancoris et odii suborta inter aliquos Melfienses ut» pote Pascalem Vaccarium militem et alios sequaces ipsius de Melfia ex parte » una et Rogerium de Aresio ac quondam Iudicem Franciscum de Grusa eo» rumque sequaces de terra predicta ex altera apud Rectores ac presides ipso» rum partium de ipsorum huc usque temeritatibus attemptatis penisque per » Curiam adiectis altrinsecus et contemptis vigorem iuris mistum ut expedit ri» gori Iustitiae sine acceptione sensisset tot malorum inter ipsos homicidiorum » et scandali cessasset occasio et de se status pacificus dicte terre qui propterea » quatitur minime quereretur set quia in huiusmodi hostinatos decet iura

N. 2.

Olim Arca B. Fasciculus 54, N. 19.

1292 (1291) (1) *Novembris* 26, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VII. Trani.*

Commissarius Tancredi Domini Sansonis Vicemgerentis Petri de

» consurgere et debite ultionis iudicium non lentere Devotioni vestre districto
» precipiendo mandamus quatenus de homicidio noviter sicut dicitur perpetrato
» in personam eiusdem Iudicis Francisci vestri vigurem officii cum debita cen-
» sura Iustitie protinus exercentes taliter punire curetis quos vobis constiterit
» liquido fuisse homicidas ipsius quod ipsos talia commisisse peniteat et ceteris
» sit exemplum Et quia didicimus predictis Pascali Vaccario militi et aliis de
» parte ipsius certas penas diversis successive temporibus per Curiam fuisse im-
» positas de partem alteram non ledendo in quas dinuscontur ut dicitur propter
» predictum homicidium nunc commissum rationabiliter incidisse expressim adi-
» ciendo precipimus quod si rei veritas sic se habet penas ipsas a contempto-
» ribus prout iustum fuerit pro parte curie irremisibiliter exigatis sicut eas non
» vultis a vobis in casu neglectus de vestro proprio pro Curia extorqueri Cete-
» rum vir nobilis dominus Guilielmus de Alneto dilectus et devotus noster
» asserens se recipere debere a Curia que restiterant solvende sibi pro reliqua
» medietate gagiorum suorum certi preteriti temporis unciis sexaginta quinque ta-
» renos duos et grana decem Item que restiterant ei solvende similiter per eandem
» Curiam contingentes scilicet eum pro custodia Castri Tursii certi temporis iam
» elapsi quo illud tenuit de reliquo quidem tam gagiorum ipsorum quam predicte
» custodie sibi alias satisfacto prout in aliis testimonialibus licteris nostris olim
» exinde sibi factis plenius didicimus contineri unciis centum sexaginta sex tare-
» nos octo et grana novem item quas ponit noviter expendisse tam in reparatio-
» ne quam novis edificiis factis per ipsum infra dictum tempus in predicto Ca-
» stro Tursii pro defensiune ipsius ab incursibus hostium uncias centum quin-
» quaginta unam tarenos decem et octo et grana tria ponderis generalis que
» tota pecunia residua solvi domino Guilielmo prefato est in summa uncie
» trecente et octoginta due tareni viginti novem et grana duo Suppliciter petiit
» de illis sibi satisfactionem fieri per Curiam condecentem Nos autem attento
» quod ipsi domino Guilielmo Curia ipsa tenetur in predicta pecunie quantitate
» de qua sibi volumus satisfieri nec adpresens ad id suppetit commode aliunde
» facoltas pecuniam ipsam sibi solvi providimus de illa que percipietur per
» vos pro parte Curie de penis contemptis huiusmodi ut prefertur Volumus
» igitur et mandamus ut de pecunia percipienda per vos de penis eisdem ipsi
» domino Guilielmo vel suo nuncio pro eadem predictas uncias auri trecentas
» octoginta duas tarenos viginti novem et grana duo auctoritate presentium exol-
» vatis Recepturi ab eo exinde pro Curie cautela et vestri apodixam et quie-
» tationem ydoneas et etiam competentes mandato huic contrario non obstante.
» Datum Neapoli Anno Domini M.°CC.°XCI.° Die vicesimoctavo Octubris quinte Iodictionis.

(1) Et haec membrana ad annum 1291 pertinet, quia tunc temporis, et non anno 1292 Petrus de Marra Secreti officium gerebat. Vid. pag. 72, not. (1). Praeterea idem Notarius Marinus hac methodo annos enumerat in membranis Fasc. VII. N. 3, et 10.

Marra Secreti, Magistri Portulani, et Procuratoris, ac Magistri Salis Curiae in Apulia, ut exsequatur litteras eiusdem Tancredi, quae exscribuntur, post subhastationem, locat Falconi filio Nicolai de Iudice Demetrio Cabellam Salis Trani unciis 84.

Per Marinum Notarium Trani.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 27, N. 16.

1291, *Novembris* 27, *Indictione* 5, *Neapoli.*

Carolus Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae, mandat Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori Apuliae, ut sinat nuntios Imperatoris Graecorum (1), et Caroli Patris sui extrahere de quocumque portu Provinciae ei commissae salmas 200 hordei.

N. 4.

Olim Arca D. Fasciculus 25, N. 15.

1291, *Novembris* 28, *Indictione* 5, *Neapoli.*

Carolus Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae, mandat Petro de Marra Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori Apuliae, ut sinat quemdam Iursium extrahere de portubus Apuliae, siue iure exiturae, frumenti salmas 200, et hordei 100 vehendas ad partes Sclavoniae, et Dalmatiae ad munienda Castra Pauli Banni, Georgii, et Mladeni fratrum Dominorum totius Sclavoniae, et Dalmatiae (2).

---

(1) Hic Graecorum Imperator Andronicus Senior Palaeologus filius Michaelis Palaeologi fuit, qui a III. Id. Decemb. 1282 usque ad an. 1332 Imperium obtinuit. Ipse uxorem habuit Annam filiam Regis Hungariae, quae anno 1284 obiit. Vid. Nicephor. Gregor. Lib. VI. cap. 1, et 2, et lib. IX. cap. 14. Novimus autem quanta inter Andegavenses, et Regiam Hungaricam familiam amicitia intercesserit ob matrimonium Caroli II. cum Maria sorore Regis Ladislai. Hinc mirum non est si nuntii simul in nostra membrana eamdem gratiam et petere, et obtinere videantur.

(2) Diploma satis obfusum tenebris aliqua luce donabunt notitiae, quas ad rem collegimus, et breviter indicamus. Bela Rex Hungariae anno 1251 *confirmavit familiae Subich Comitatum Breberiensem* antea concessum. Ad hanc familiam pertinebat Stephanus, qui *Banatum* idest Dominationem totius Slavoniae ab eodem Bela Rege obtinuerat. Stephani filius fuit Paulus Comes Spalati, et Banus Maritimus Dalmatiae, ac Dominus Bosnae, vixitque usque ad an. 1311,

N. 5.

Olim Arca B. Fasciculus 21, N. 12.

1292 (1291) (1) *Novembris* 30, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VII. Botonti.*

Commissarius Tancredi Domini Sansonis locumtenentis Petri de Marra Secreti, Magistri Portulani, et Procuratoris, ac Magistri Salis Curiae in Apulia, ut exsequatur litteras eiusdem Tancredi, quae exscribuntur, post subhastationem, locat hominibus singillatim recensitis Cabellam decimae olei in Botonto olei miliaribus 165.

Per Stephanum Notarium Botonti.

N. 6.

Olim Arca H. Fasciculus 11, N. 12.

1291, *Decembris* 4, *Indictione* 5, *Lordileculi.*

Iohannes de Monte-forti Capitaneus Generalis in Regno Siciliae mandat Henrico Russo Iustitiario Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut solvat gagia Castellano, et Servientibus Castri Roccae de Ianula.

N. 7.

Olim Arca C. Fasciculus 32, N. 11.

1292 (1291) (2) *Decembris* 4, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VII. Botonti.*

Iuratus Botonti, ut exsequatur Capitula Caroli Principis Salerni-

---

Inter huius filios recensentur Mladinus, et Georgius, quorum primus fuit Banus Maritimus, Banus Bosnae, Comes Iadrae, Princeps Dalmatiae. Alter Comes Almisi, et Civitatum Maritimarum, ac Comes Dalmatiae. Mladinus post varias vicissitudines, tandem a Carolo Roberto Rege Hungariae filio Caroli Martelli anno 1322 captus est. Georgius ob nimiam crudelitatem populis exosus, circa id tempus omnes possessiones amisit, quae in Venetorum dominium transiere. Vid. Ioh. Lucii *de Regno Dalmat. et Croat.* Lib. IV. cap. 9, et 13.

(1) Vid. pag. 79, not. (1).

(2) Quum Guillelmus Sclavelli IV. Kal. Aug. 1291 dicatur Iustitiarius Terrae-Bari Fascic. XVIII. N. 3, et X. Kal. Iul. 1292 iam ei suffectus fuerit Iohannes de Moliens, Vid. Fascic. XXIII. N. 3, patet nostram membranam ad annum 1291 pertinere.

tani, Vicarii in Regno Siciliae denuncista per litteras Guillelmi Sclavelli Iustitiarii Terrae-Bari, quae exscribuntur, iniungit Officialibus Curiae singillatim recensitis ut die 8 Decembris adeant Magistros Rationales Curiae ad solvenda residua debita.

Per Innocentium Notarium Botonti.

N. 8.

Olim Arca D. Fasciculus 25, N. 5.

1291, *Decembris* 10, *Indictione* 5, *Neapoli.*

Carolus Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat singulis Officialibus Provinciarum Aprutii citra, et ultra flumen Piscariae, ut praestent auxilium Hugoni dicto *Russo* de Soliaco ad recolligenda residua subventionum.

N. 9.

Olim Arca C. Fasciculus 81, N. 2.

1291, *Decembris* 14, *Indictione* 5, *Neapoli.*

Carolus Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori Apuliae, ut iuxta mandatum Caroli I., quod exscribitur, det Monasterio S. Mariae de Regali Valle Olei miliaria 10 (1).

N. 10.

Olim Arca A. Fasciculus sig. X. N. 8.

1292 (1291) (2) *Decembris* 15, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VII. Baroli.*

Petente Vicemgerente Petri de Marra Secreti, Magistri Portulani,

---

(1) Monasterium, hoc a Carolo I. aedificatum, ab eo etiam multa pro dote accepit. Ceteris, quae alibi invenies, adde oleum, quod heic Vicarius Regni, Avo obtemperans, religiose praestandum mandat. Quid autem sit *miliare* lexicographi non explicant. Ex nostra membrana scimus mensuram liquidorum esse, et *unumquodque miliare constare stariis* 40. Vox autem *starium* idem valet ac sextarius veterum, et tam liquidis, quam siccis mensurandis inserviit. Vid. *Chron. Astens.* apud Murat. Tom. XI., col. 163, et *Chron. Parmense* ad an. 1271, apud eumdem Tom. IX. col. 785.

(2) Mandatum Caroli Principis Salernitani, quod transumitur, datum est *Neapoli anno millesimo ducentesimo nonagesimo primo die vicesimo Novem-*

et Procuratoris, ac Magistri Salis Curiae in Apulia, transumitur in formam publicam mandatum Caroli Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae, quo, ut exsequatur mandatum Caroli II. patris sui, quod exscribitur, mandat Secretis, Magistris Portulanis, et Procuratoribus Apuliae, ut adsignent Landulfo Comestabulo Venusii bona burgensatica, quorum reditus annuae unciae auri 16 aestimentur in excambium sexdecim *unciatarum* terrae, quas olim sibi concessas ipse Landulfus nuper resignaverat.

Per Iohannem de Cantore Notarium Baroli.

FASCICULUS XXI.

N. 1.

Olim Arca H. Fasciculus 9, N. 7.

1291, *Decembris* 30, *Indictione* 5, *Gravinae.*

Iohannes de Monte-forti Capitaneus Generalis in Regno Siciliae mandat Secreto Apuliae, ut solvat quotannis Uguetto de Palafredis Magistro Regiarum Marescallarum, et Aratiarum Apuliae uncias auri 20 ipsi a Roberto Comite Atrebatensi concessas.

N. 2.

Olim Arca K. Fasciculus 43, N. 17.

1291, (1292) (1) *Ianuarii* 8, *Indictione* 5, *Baroli.*

Iohannes de Monte-forti Capitaneus Generalis in Regno Siciliae mandat Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori Apuliae, ut iuxta mandatum Caroli Principis Salernitani pridem ei missum, det Monasterio S. Mariae de Regali Valle Olei miliaria 10.

---

bris quintae indictionis. Quare instrumentum, quo ipsum mandatum Secreto Apuliae exhibetur, paucis post diebus confici debuit. Hac de causa ipsum ad annum 1291 amandavimus; praesertim quum omnes notae Chronologicae huic anno omnino conveniant.

(1) Notam chronologicam refiximus, quia mandatum, de quo in nostra membrana agitur ipsum est, quod nos Fascic. XX. N. 9 recensuimus. Quomodo ergo fieri potuit ut Iohannes de Monte-forti VI. Id. Ian. 1291 exsequutionem mandati scripti XIX. Kal. Ian. 1292 iniungat? Praeterea plures membranas habemus hoc tempore ab Iohanne de Monte-forti datas Lordileculi, Gravinae, Brundusii. Vid. Fascic. XX. N. 6, Fascic. XXI. N. 1, et 7.

N. 3.

Olim Arca K. Fasciculus 41, N. 52.

1291 (1292) (1) *Ianuarii* 9, *Indictione* 5, *Baroli.*

Iohannes de Monte-forti Capitaneus Generalis in Regno Siciliae mandat Henrico Rufo Iustitiario Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut solvat Othoni de Toctiaco Iustitiario Regni Siciliae consanguineo suo (2) uncias 100 computandas in suis gagiis.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 55, N. 9.

1291, (1292) (3) *Ianuarii* 18, *Indictione* 5, *Botonti.*

Carolus Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Tancredo de Domino Sansone Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori Apuliae, ut sinat Berardum de S. Georgio extrahere de portu Manfridoniae, vel Baroli frumenti salmas 1000, et hordei 500 vehendas Cutronum, sine iure exiturae.

---

(1) Oddonem de Tucziaco Iustitiarii munus adeptum fuisse anno 1291 probat Tutinius *De' sette Officii.* Nostra igitur membrana non ad annum 1291, sed ad 1292 referenda videtur. Vid. etiam quae diximus not. praeced.

(2) Oddo de Tucziaco, qui in hac membrana dicitur consanguineus Iohannis de Monte-forti, in alia membrana, quam Tutinius refert, et nos Vol. I. pag. 223 not. (1) exscripsimus, dicitur Consanguineus Regis Caroli I. Nimirum aliunde constat et ipsum Iohannem de Monte-forti consanguineum Regis fuisse, quod nos notavimus pag. 1, not. (1).

(3) Quum initio anni 1291 non Tancredus de Domino Sansone, sed Petrus de Marra fuerit Secretus, Magister Portulanus, et Procurator Apuliae, uti testatur membrana Fascic. XVII. N. 9, pag. 69, patet nostram membranam ad annum 1292 pertinere; hoc enim tempore Tancredus ipsum officium gerebat, quod patet ex alia membrana huius Fasciculi N. 7. Praeterea tunc temporis Carolus Princeps Salernitanus Botonti esse potuit, siquidem ex duabus membranis huius Fascic. N. 5, et 6 ipsum X., et IX. Kal. Febr. in ea regione, scilicet Monopoli morabatur.

N. 5.

Olim Arca D. Fasciculus 45, N. 4.

1292, *Ianuarii* 23, *Indictione* 5, *Monopoli.*

Carolus Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Baiulis Sulmonae, ut iuxta concessionem Caroli I., tradant Monasterio S. Mariae de Victoria in Marsia libras Amygdalarum 500 (1).

N. 6.

Olim Arca H. Fasciculus 68, N. 14.

1292, *Ianuarii* 24, *Indictione* 5, *Monopoli.*

Carolus Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Hugoni de Piscaria, et sociis Secretis, Magistris Portulanis, et Procuratoribus Aprutii, ut iuxta concessionem Caroli I., dent Monasterio S. Mariae de Victoria in Marsia decem cantaria ferri.

N. 7.

Olim Arca M. Fasciculus 19, N. 21.

1292, *Ianuarii* 27, *Indictione* 5, *Brundusii.*

Iohannes de Monte-forti Capitaneus Generalis in Regno Siciliae, mandat Tancredo Domini Sansonis Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori, ac Magistro Salis Curiae in Apulia, ut solvat Castellano Castri Bari uncias auri 4 ponderis generalis ob reparationes in eo factas.

N. 8.

Olim Arca B. Fasciculus 22, N. 4.

1292, *Februarii* 4, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VIII. Bari.*

Petentibus Cabellotis Dohanae, et Fundici Bari transumuntur in formam publicam litterae, quibus Amalricus de Monte-forti Comes

---

(13) Cetera inter bona a Carolo I. concessa Monasterio S. Mariae de Victoria, de quo vide Vol. I. pag. 159 not. (1), recensenda sunt etiam ea, quae in hac, et insequenti membrana memorantur.

Leycestriae eligit Iohannem de Facibili suum procuratorem, ut exigat provisionem sibi a Carolo Principe Salernitano, Vicario in Regno Siciliae concessam.

Per Sylverium Notarium Bari.

N. 9.

Olim Arca B. Fasciculus 59, N. 13.

1292, *Februarii* 18, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VIII. Guardiae.*

Georgius Georgii, et Iohannes Aureliensis Statuti super officio Salis Curiae in Aprutio iniungunt Universitati Guardiae, ut non permittat exonerari, vendi, vel emi sal in Terra sua, nisi exportatum a Fundico Regio Piscariae, vel ab locis, ubi id Syndici per Curiam statuti vendant; eo quod nemini fas erat emere sal, praeterquam in locis supradictis (1).

Per Berardum Berardi domini Bartholomaei Notarium Guardiae.

N. 10.

Olim Arca B. Fasciculus 24, N. 17.

1292, *Februarii* 28, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VIII. Fossaecaecae.*

Georgius Georgii, et Iohannes Aureliensis Statuti super officio Salis Curiae in Aprutio, ut exsequantur Capitulum litterarum Petri Bodin Magistri Rationalis, ac Magistri Salis Curiae in Principatu, Terra-

---

(1) Haec membrana exsequutionem continet illius diplomatis, quod Fasc. IX. N. 10, pag. 38 recensuimus: ibi enim Rex non permittit neque Patronis Salinarum, neque iis, quos illi adhibebant, sal vulgo vendere, quia iamdiu ius prohibitivum invaluerat. Permittit tantummodo ut ipsum custodibus ab se deputatis venumdent, qui deinde sua mandata exsequantur in pretio huiusmodi mercis statuendo. Quinam autem fuerint *Patroni Salinarum* facile intelliges, lector, si ad varias vocis *Salinae* significationes paulisper animum advertas; inter ceteras enim res indicat locum, ubi sal conficitur Vid. *Statut. Iohannis Reg. Franc. an. 1363, tom. 3 Ordinat. pag. 623.* Vocem autem *Patronus Dominum* medio aevo significasse, testatur *charta Hamelini Episcop. Cenoman. in Tabul. maior. Mon.* Patronus igitur Salinarum est dominus illius loci, qui sali conficiendo addictus erat. *Salinarius* autem est *salis venditor.* Vid. *Chart. Ildefonsi Comitis Tolos. an. 1141* apud Catellum *in Hist. Comit. Tolosae* pag. 192, et *Enumerat. iurium Comitis Biterr. in Civitate Albiensi an. 1252.*

Laboris, et Aprutio, quod exscribitur, per testium depositiones sigillatim recensitas declarant quantitatem Salis furtim delatam in Terram Fossaecaecae.

Per Rogerium Aventinum Notarium Fossaecaecae.

FASCICULUS XXII.

N. 1.

Olim Arca K. Fasciculus 47, N. 19.

1293, (1292) (1) *Februarii* 28, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VIII. Fogiae.*

Petentibus Massariis Curiae, Iudex, et Notarius declarant duos boves Curiae morte naturali occubuisse.

Per Nicolaum Iudicis Peregrini Notarium Fogiae.

N. 2.

Olim Arca D. Fasciculus 69, N. 16.

1292, *Februarii* 29, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VIII. Pennae-Lucis.*

Georgius Georgii, et Iohannes Aureliensis Statuti super officio Salis Curiae in Aprutio iniungunt Universitati Pennae-Lucis, ut non permittat exonerari, vendi, vel emi sal in Terra sua, nisi exportatum a Fundico Regio Piscariae, vel ab locis, ubi id Syndici per Curiam statuti vendant; eo quod nemini fas erat emere sal, praeterquam in locis supradictis.

Per Guillelmum de S. Cruce Notarium Pennae-Lucis.

N. 3.

Olim Arca A. Fasciculus 81, N. 2.

1292, *Martii* 1, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VIII. Lanzani.*

Georgius Georgii, et Iohannes Aureliensis Statuti super officio

---

(1) Non temere annum 1292 substituendum heic putavimus, quum notae Chronologicae huic anno conveniant.

Salis Curiae in Aprutio iniungunt Universitati Lanzani, ut non permittat exonerari, vendi, vel emi sal in Terra sua, nisi exportatum a Fundico Regio Piscariae, vel ab locis, ubi id Syndici per Curiam statuti vendant; eo quod nemini fas erat emere sal, praeterquam in locis supradictis.

Per Bartholomeum Riccardi Notarium Lanzani.

N. 4.

Olim Arca B. Fasciculus 21, N. 10.

1291, (1292) (1) *Martii* 5, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VIII. Vasto-Aymone.*

Georgius Georgii, et Iohannes Aureliensis Statuti super officio Salis Curiae in Aprutio, ut exsequantur Capitulum litterarum Petri Bodin Magistri Rationalis, ac Magistri Salis Curiae in Principatu, Terra-Laboris, et Aprutio, quod exscribitur, per testium depositiones singillatim recensitas declarant quantitatem Salis furtim delatam in Terram Vasti-Aymonis.

Per Matthaeum Roberti Notarium Vasti-Aymonis.

N. 5.

Olim Arca B. Fasciculus 5, N. 11.

1292, *Martii* 12, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VIII. in Sancto Angelo.*

Georgius Georgii, et Iohannes Aureliensis Statuti super officio Salis Curiae in Aprutio, ut exsequantur Capitulum litterarum Petri Bodin Magistri Rationalis, ac Magistri Salis Curiae in Principatu, Terra-Laboris, et Aprutio per testium depositiones singillatim recensitas declarant quantitatem Salis furtim delatam in Terram S. Angeli.

Per Raynaldum Hieronymi Notarium S. Angeli.

---

(1) In hac membrana pro anno 1291 annum 1292 scribendum censuimus, quum et reliquae notae huic anno conveniant, et aliae membranae eiusdem tenoris legantur Fasc. XXI. N. 10, et hoc Fascic. N. 5.

N. 6.

Olim Arca B. Fasciculus 56, N. 11.

1292, *Martii* 15, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VIII. S. Flaviani.*

Georgins Georgii, et Iohannes Aureliensis Statuti super officio Salis Curiae in Aprutio iniungunt Universitati S. Flaviani, ut non permittat exonerari, vendi, vel. emi sal in Terra sua, nisi exportatum a Fundico Regio Piscariae, aut ab locis, ubi id Syndici per Curiam statuti vendebant; eo quod nemini fas erat emere sal, praeterquam in locis supradictis.

Per Gualterimum Gynsonem Notarium Bellanti.

N. 7.

Olim Arca A. Fasciculus 2, N. 8.

1292, *Martii* 19, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VIII. Terami.*

Georgius Georgii, et Iohannes Aureliensis Statuti snper officio Salis Curiae in Aprutio ininngunt Universitati Terami, ut non permittat exonerari, vendi, vel emi sal in Terra sua, nisi exportatum a Fundico Regio Piscariae, aut ab locis, ubi id Syndici per Curiam statuti vendebant; eo quod nemini fas erat emere sal, praeterquam in locis supradictis.

Per Franciscum Egidii Notarium Terami.

N. 8.

Olim Arca C. Fasciculus 88, N. 12.

1292, *Martii* 23, *Indictione* 5, *Luceriae Sarracenorum.*

Carolus Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae significat Petro de Gninsac Vicario in Principatu, et Stratigato Salerni eius nuntium die 22 eiusdem mensis assignasse G. (1) Caputaquensi Episcopo

(1) Siclam G. lege Gobertum, vel Gibertum Episcopum. Hunc Cancellarii munere adauctum Carolus II plurimi faciebat, quod et notavit Ughellius. *Ital. Sacr.* lib. VII. col. 470. Ven. 1721.

Magistro Rationali quaternum unum sigillatum (1), et publicum instrumentum continens inquisitionem ab ipso factam bonorum ad Regiam Cancellariam pertinentium (2).

N. 9.

Olim Arca D. Fasciculus 79, N. 6.

1292, *Aprilis* 13, *Indictione* 5, *Neapoli*.

Carolus Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae eligit Marinum de Valle Balium Iohannis, et Odolinae pupillorum Corradi de Meliczano, eique dat regulas (3), quibus eorum bona, praesertim pheudalia administret.

---

(1) Vocem *Quaternum* medio aevo passim invenies. Significabat autem volumen, quo acta iuridica continebantur, et quod posteriori aevo *processus* dictus est. Hinc in nostra membrana acta inquisitionis bonorum Regiae Cancellariae quaterno continentur.

(2) Quaenam fuerint haec bona nescimus; ea tantummodo stabilia fuisse, ex membrana adparet. Ceterum satis liquet ea fuisse bona, unde impensis Regiae Cancellariae satisfieri posset.

(3) Huiusmodi regulas, quas Balius observare deberet, in ipsa membrana habes his verbis:

» Devotioni tue mandantes quatenus terram et bona pheodalia et etiam » bona mobilia seseque moventia dicti quondam Corradi ad manus tuas recipiens » ea baliatus nomine pro parte ipsius Curie debeas diligenter et fideliter de» cetero procurare et proventus omnes ipsorum integre percipere et habere per » te fideliter conservandos de quibus predictis popillis et eorum competenti fa» milie victui necessaria iuxta ipsorum debeas facultatum exigentiam ministrare » fines in hiis observando modestie et expensarum ineffrenatam licentiam cohi» bendo Ita quod consideratio fructuum sumptus moderetur effectum vineas » autem iardena ortos aputhecas et possessiones alias que inter bona dictorum » pupillorum fuerint congruis et debitis temporibus reparari et excoli facias si» cut fuerit oportunum de pecunia quam percipies de proventibus terre et bo» norum ipsorum Ita quod in dampnum et dispendium dictorum pupillorum » non depereant in aliquo nec vastentur Et facto inde curie regie servitio pro » terris et bonis ipsis debito reliquum debeas fideliter conservare factis de re» ceptione terre et bonorum omnium predictorum tribus publicis consimilibus » inventariis continentibus formam presentium annuum valorem predictorum » terre et bonorum pheodalium per partes et membra nec non et mobilia omnia » sese moventia cum quantitate qualitate genere specie et distinctionibus singulis » eorumdem seriatim particulariter et distincte quorum unum regie Camere » aliud magistris Rationalibus magne regie curie destinabis et tertium tibi re» tineas in tuo ratiocinio producendum Volumus tamen quod semel in anno tuo » durante officio procuratorem tuum sufficienter instructum mittas coram magi» stris Rationalibus antedictis de baliatu huiusmodi computum debitum positurum.

N. 10.

Olim Arca H. Fasciculus 37, N. 7.

1292, *Maii* 17, *Indictione* 5, *Neapoli.*

Iohannes de Monte-forti Capitaneus Generalis in Regno Siciliae mandat Iohanni de Bonello de Barolo, et Gualterio de Melficta Receptoribus, et Conservatoribus *pecuniae Tertii* (1) in subsidium *armatae* promissi, ut solvant Refortiato de Castellana Capitaneo ad *guerram* in Basilicata uncias auri 520 pro gagiis suis, et gentis armigerae.

FASCICULUS XXIII.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 53, N. 13.

1292, *Iunii* 3, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VIII. Civitate.*

Commissarii Philippi de Hervilla Iustitiarii Capitanatae, ut exsequantur mandatum Caroli Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae denunciatum per litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, iniungunt hominibus singillatim recensitis, ut die 8 Iunii adeant Magistros Rationales ad respondendum de bonis Iohannis Lancis ad Curiam devolutis, quae ipsi detinebant; itemque praecipiunt Magistris Marescalliae Curiae, ut adeant eosdem Magistros Rationales ad reddendas rationes officii sui.

Per Corradum Notarium Civitatis.

(1) *Pecunia Tertii* novum quoddam collectae genus erat. Quamque lexicographi hoc vocabulum non explicent, eam tertiam partem vel omnium, vel alicuius ex antiquis, et solitis collectis indicare censemus. Idque nec novum, nec improbabile videbitur iis, qui nostris temporibus idipsum identidem factitatum esse animadvertant.

N. 2.

Olim Arca D. Fasciculus 25, N. 13.

1292, *Iunii 7, Indictione 5, Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae (1), Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori Aprutii, ut solvat gagia Iohanni de Nivella Credenzerio portuum Guasti-Aymonis, et Pennae-Lucis ad rationem tareni unius ponderis generalis per diem.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 42. N. 5.

1292, *Iunii 22, Indictione* 5, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno I. Nuceriae.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Iohanni de Moliens Iustitiario Terrae-Bari, ut non procedat contra Stephanum de Aquaviva, quia per procuratorem comparuerat in Curia ad reddendam rationem de pretio ovium 400 Iohannis de Lanz, cuius bona fuerant ad Curiam devoluta, quia sine liberis decesserat.

---

(1) Iam pag. 52, not. (1) Giannonii opinionem refutavimus, qui anno 1290 VI. Id. Sept. Carolum et Hungariae Regem coronatum, et militari cingulo decoratum adserit. Heic autem addendum, quod usque ad XIII. Kal. Iun. 1292 Carolus Primogenitus Caroli II. tantum Princeps Salernitanus dicatur. Vid. hoc Fascic. N. 1. Nunc primum vero, scilicet VII. Id. Iun. eiusdem anni Hungariae Regis titulo fulget: atque adeo patet intra hoc tempus Hungariae Regnum ei obtigisse. Porro nostrae animadversioni novum addet pondus membrana protinus recensenda, in qua X. Kal. Iul. annus I. Regni Hungariae numeratur, quae nota chronologica profecto falsa foret, si epocha a Giannonio constituta recte staret. Giannonio porro errandi causa fuit auctoritas Summontii, qui a Iohannis Villanii verbis perperam lectis deceptus fuit. Villanius enim, ut optime animadvertit Mansi *ad Baron.* ad an. 1290, id unum hac de re dixerat, Carolum Martellum VI. Id. Sept. militari cingulo ornatum: de die autem coronationis in Regem Hungariae nullam mentionem iniecerat.

N. 4.

Olim Arca H. Fasciculus 81, N. 8.

1292, *Iunii 23, Indictione 5, Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno I. Nuceriae.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat singulis officialibus in Iustitiariatu Aprutii, ut pareant Berteranno Artus, quem ipse creaverat Iustitiarium eiusdem Provinciae amoto Goffrido de Dragono.

N. 5.

Olim Arca D. Fasciculus 43. N. 6.

1292, *Iunii 26, Indictione 5, Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno I. Nuceriae Christianorum.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Bertrando de Artus Iustitiario Aprutii, ut pro Leonardo de Ysernia recipiat in suum Iudicem, et Assessorem Nicolaum de Ongello, eique solvat quotannis uncias auri 32 parvi ponderis pro gagiis.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus .. N. 11.

1292, *Iunii 29, Indictione 5, Nuceriae Christianorum.*

Iohannes de Monte-forti Capitaneus Generalis in Regno Siciliae mandat Lodoyco de Montibus Iustitiario Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut retineat gagia pro se, milite, et stipendiariis, nec non pro Iudice, et Actorum Notario ad rationem singillatim recensitam.

N. 7.

Olim Arca B. Fasciculus 22, N. 12.

1292, *Iulii 4, Indictione 5, Caroli II. anno VIII. Sulmonae.*

Petente Nicolao de Ongello Iudice et Assessore Berterandi Artus

Iustitiarii Aprutii, Iudex, et Notarius declarant ipsum Nicolaum praedicta die officium suum exercere coepisse.
Per Franciscum Thomasii Notarium Sulmonae.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 5, N. 5.

1292, *Iulii* 8, *Indictione* 5, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno I. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori Aprutii, ut observet Capitulum cuiusdam mandati Caroli II. Patris sui, quod exscribitur, quo mandat, ut Gobertus Capuaquensis Episcopus Magister Rationalis, et Guido de Alamania recipiant, et conservent pecuniam ex diversis iuribus, et proventibus Curiae perventuram.

N. 9.

Olim Arca B. Fasciculus 6. N. 5.

1292, *Iulii* 8, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VIII. Neapoli.*

Petente Lodoyco de Montibus Iustitiario Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, transumuntur in formam publicam litterae Iohannis de Monte-forti Capitanei Generalis in Regno Siciliae, quibus praecipitur Iustitiariis Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut solvant singulis mensibus Henrico de Riso uncias auri duas sine ullo servitio (1) pro unciis sex, quas Carolus II. ei concesserat sub servitio unius militis, et unius scutiferi equitis, quia pro servanda fide erga Regem amiserat omnia bona sua.
Per Bartholomaeum de Gemma Notarium Neapolis.

---

(1) Nescimus, qua ratione hic miles Henricus de Riso petierit ab Rege, ut pro unciis auri 6, quae ei singulis mensibus concessae fuerant sub servitio unius militis, uncias auri 2 reciperet, sine ullo servitio. Fortasse id evenit, quia incommoda militiae expertus, optabat potius quietam ducere vitam, quam temporibus sane turbulentis arma gestare.

N. 10.

Olim Arca D. Fasciculus 19, N. 15.

1292, *Iulii* 9, *Indictione* 5, *Caroli Regis Hungariae*, *Principis Salernitani*, *Vicarii in Regno Siciliae anno I. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Bertrando Artus Iustitiario Aprutii, ut vendat tertiam partem bonorum mobilium Mathaei de Plexiaco, quia citatus non comparuerat, reliqua vero bona tradat Procuratori Bertoldi de Filiis Stephani, cui debebat uncias 100 pro damnis ei allatis.

FASCICULUS XXIV.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 10, N. 5.

1292, *Iulii* 10, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VIII. Excoli.*

Baiuli Excoli, ut exsequantur litteras Gentilis de Sangro Iustitiarii Capitanatae, quae exscribuntur, iniungunt equitibus, et peditibus singillatim recensitis, ut die 12 Iulii se conferant Manfridoniam coram ipso Iustitiario ad tuenda littora ab incursibus hostium (1).
Per Desiderium Notarium Excoli.

N. 2.

Olim Arca B. Fasciculus 23, N. 14.

1292, *Iulii* 10, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VIII. Praecinae.*

Baiuli Praecinae, ut exsequantur litteras Gentilis de Sangro Iu-

(1) Quinam fuerint hi hostes, facile noscet, qui animadvertat ad illud quod historici narrant; scilicet Carolum II. quum in Gallia moraretur, confirmasse cum Alphonso Rege Aragoniae, nulla habita ratione Siculi Regis, anno 1291, pacem; eoque pacto convento, tres filios, quos obsides reliquerat, recepisse. Tunc Iacobus eius frater Rex Siciliae hanc insulam proprio consilio, et armis defendendam constituit; adeoque rursus loca Regni maritima vexare coepit. Deinde mense Augusti 1291, eodem Alphonso mortuo, Iacobus fraternum Aragoniae regnum capessens, pacem constitutam irritam duxit, et in Sicilia suas partes Frederico natu minori commisit. Is porro bellum instauravit, hostesque exhibuit, quos memorat membrana. Non abs re itaque Neapolitanus Rex identidem observatur permulta ad bellum instruendum disponere. Vid. Barthol. de Neocastr. c. 118, et 119 apud Murat. *Rer. Ital.* Tom. XIII. Raynald. ad an. 1290, et 1291. Murat. ad an. 1291.

stitiarii Capitanatae, quae exscribuntur, iniungunt peditibus, et equitibus singillatim recensitis, ut die 11 Iulii se conferant Manfridoniam coram ipso Iustitiario ad tuenda littora ab incursibus hostium.

Per Guillelmum Notarium Praecinae.

N. 3.

Olim Arca C. Fasciculus 88, N. 17.

1292, *Iulii* 28, *Indictione* 5, *Caroli Regis Hungariae*, *Principis Salernitani*, *Vicarii in Regno Siciliae anno I. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Lodoyco de Montibus Iustitiario Terrae-Laboris, ut faciat eligere pro unaquaque Universitate Provinciae sibi decretae Magistrum Iuratum, et Iudices pro anno VI. Indictionis, et ab eis iuramentum, et statutam pecuniae summam exigat.

N. 4.

Olim Arca .. Fasciculus .. N. ..

1292, *Iulii* 28, *Indictione* 5, *Caroli Regis Hungariae*, *Principis Salernitani*, *Vicarii in Regno Siciliae anno I. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Iohanni de Moliens Iustitiario Terrae-Bari, ut faciat eligere pro unaquaque Universitate Provinciae sibi decretae Magistrum Iuratum, et Iudices pro anno VI. Indictionis, et ab eis iuramentum, et statutam pecuniae summam exigat.

N. 5.

Olim Arca A. Fasciculus 84, N. 1.

1292, *Augusti* 2, *Indictione* 5, *Caroli II.* (*anno VIII.*) *Theate.*

Commissarius Berterandi Artus Iustitiarii Aprutii, ut exsequatur mandatum Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae, denuntiatum per litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, divulgat in Terris singillatim recensitis introscripta Capitula Caroli II. de servitiis pheudalibus.

Per Raynaldum de Antonio Notarium Civitatis Theatinae.

N. 6.

Olim Arca C. Fasciculus 52, N. 16.

1292, *Augusti* 3, *Indictione* 5, *Caroli II. anno* (*VIII.*) *Corneti.*

Universitas Corneti eligit Adinulphum suum Syndicum, ut adeat Gentilem de Sangro Iustitiarium Capitanatae, et ei significet ipsam Universitatem velle potius solvere quantitatem pecuniae statutam, quam mittere milites ad custodiam Manfridoniae, et praeterea agat cum dicto Iustitiario de decimis Monasterio S. Trinitatis de Venusio solvendis.
Per Bisancium Notarium Corneti.

N. 7.

Olim Arca B. Fasciculus 22, N. 2.

1292, *Augusti* 5, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VIII. Theatae.*

Bertrandus Artus Iustitiarius Aprutii, ut exsequatur litteras Iohannis de Monte-forti Capitanei Generalis in Regno Siciliae, quae exscribuntur, recipit quinque Stipendiarios equites in locum totidem Stipendiariorum, qui ab eo decesserant ob gagia non soluta.
Per Anzelloctum Benevenuti Notarium Civitatis Theatinae.

N. 8.

Olim Arca D. Fasciculus 69, N. 11.

1292, *Augusti* 7, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VIII. Corneti.*

Universitas Corneti eligit Adinulfum suum syndicum, ut adeat Gentilem de Sangro Iustitiarium Capitanatae ad agendum in lite inter ipsam Universitatem, et Guillelmum de Alneto.
Per Bisancium Notarium Corneti.

N. 9.

Olim Arca B. Fasciculus 21, N. 11.

1292, *Augusti* 9, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VIII. Vestis.*

Baiuli Vestarum, ut exsequantur litteras Gentilis de Sangro Iu-

stitiarii Capitanatae, quae exscribuntur, forbanniunt Thomasium de Leucio, et declarant nulla bona possidere.
Per Iohannem Notarium Vestarum.

N. 10.

Olim Arca C. Fasciculus 49, N. 5.

1292, *Augusti* 10, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VIII. Troiae.*

Commissarii Gentilis de Sangro Iustitiarii Capitanatae, ut exsequantur Capitulum litterarum eiusdem Iustitiarii, quod exscribitur, iniungunt Universitati Troiae, ut solvat pecuniam pro gagiis equitum 20, et peditum 50 pro custodia Manfridoniae.
Per Andream de Aczone Notarium Troiae.

FASCICULUS XXV.

N. 1.

Olim Arca B. Fasciculus 24, N. 13.

1292, *Augusti* 10, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VIII. Praecinae.*

Iudex, et Notarius declarant Solentiam uxorem Angeli Aurisitis, ob infirmitatem filii sui Roberti, non potuisse comparere coram Gentile de Sangro Iustitiario Capitanatae, a quo fuerant citati.
Per Guilielmum Notarium Praecinae.

N. 2.

Olim Arca B. Fasciculus 83, N. 13.

1292, *Augusti* 13, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VIII. Castri.*

Commissarius Balduyni Tristayni Iustitiarii Terrae-Ydronti, ut exsequatur mandatum Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae denuntiatum per litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, divulgat in terris singillatim recensitis introscripta Capitula Caroli II. de servitiis pheudalibus (1).
Per Iohannem de Magistro Demetrio Notarium Castri.

---

(1) Capitulum, quod nostra membrana exscribitur, sic se habet:

N. 3.

Olim Arca B. Fasciculus 53, N. 6.

1292, *Augusti* 14, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VIII. Anglonae.*

Commissarii Berterardi Artus Iustitiarii Aprutii, ut exsequantur litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, vendunt tertiam par-

---

» Digne moveri credimus ac liberalitatis regie interesse putamus sed fide-
» lium vota interdum benignitas nostra prevenerat ipsorumque negocia coris
» que nostrum ambiunt animum interponat Sane deducto per nos nuper in
» consideratione directa quod Barones et pheudatarii Regni nostri Sicilias et
» hii precipue quibus a tempore felicis necessus clare memorię domini Patris
» nostri in regnum ipsum usque nunc Baronie seu pheuda per Curiam nostram
» concessa sunt in prestandis eidem Curie servitiis pro terris et bonis pheu-
» dalibus que a Curia ipsa tenent gravamina non modica perferunt atque ac-
» cepto per nos iam plures super his ordinationes factas fuisse interdum scili-
» cet de servitiis ipsis personaliter et interdum in pecunia faciendis et per or-
» dinationes ipsas dictis gravaminibus minime fuisse provisum nos volentes no-
» stre in hac parte promissionis remedium exhibere usque ad nostrom verum-
» tamen beneplacitum duraturum consulte ac deliberate providimus ut per Ba-
» rones et pheudatarios ipsos in pecunia tantum servitia huiusmodi dicte curie
» nostre prestentur et quod pro quolibet pheudo non sicut hactenus uncia
» auri decem et mediam set tantum sex uncio eidem curie solvere teneantur
» a qua solutione neque vos neque Iohannem de Monteforte comitem squillacii
» dicti regni Camerarium et capitaneum generalem neque etiam Othonem da Tu-
» ziaco militem eiusdem Regni Magistrum Iustitiarium ac aliquem ex consilia-
» riis nostris vel officialem quemcumque regni predicti sive alium quemcom-
» que sive comitem sive baronem vel pheudatarium cuiuscomque status digni-
» tatis aut conditionis existat excipi volumus vel excludi a qua etiam eximendi
» quemqua absque speciali mandato culminis et militare servitium dictum sex
» unciarum auri iuxta presentem ordinationem nostram tantum habeantur pro
» aliis particularibus pheudis da quibus integrum militare servitium non debe-
» tur Consueta tantum quantitas integrabiliter exigatur de qua quidem pecunia
» solvi volumus etc. ut notatur ibidem Ad hec noveritis nos consulte novi-
» ter statuisse venerabilem in Christo patrem Gobertum Caputaquensem Epi-
» scopum magne curie nostre magistrum rationalem et Guidonem de Alamania
» militem dilectos consiliarios familiares et fideles nostros quemlibet eorum in so-
» lidum ad recipiendum et conservandum quamdiu extra regnum fuerimus vel
» ante reditum nostrum illuc usque ad beneplacitom nostrum totam ot integram
» curie nostre peconiam tam de collectis generalibus quam de secretiis Cabellis
» iuribus extractionum victualium proventibus subventionum sive dictis adua-
» mentis baliatibus quos quidem baliatus mandamus ad manus Curie revocari
» et obventionibus quibuscumque ac ondecumque et qualitercumque aliunde
» dicte Curie proventuris ac distribuendum at solvendum eam iuxta formam
» commissionis eorum ipsis per celsitudinem nostram facte Quapropter filiationi
» vestre precipimus ut ordinationem huiusmodi iubeatis et faciatis inviolabili-
» ter observari ac predictam pecuniam eis per officiales et persoaas illam curie
» nostre debeatis integrabiliter assignare. Datum Aquis die vigesimo septimo
» Maii quinte Indictionis.

*

tem bonorum mobilium cuiusdam Notarii Stephani Iudicis Tancredi, qui citatus non comparuerat, reliqua vero bona custodienda tradunt Philippae viduae quondam Iudicis Tancredi.

Per Gennaronum Notarium Anglonae.

N. 4.

Olim Arca C. Fasciculus 20, N. 3.

1292, *Augusti* 15, *Indictione* 5, *Caroli II. Anno VIII. Ortonae.*

Iudex, et Notarius declarant Franciscum Notarii Iacobi *Nauclerium* vi tempestatis appulisse ad portum Ortonae cum barca (1), qua Sal ab oris Sclavoniae ad oras Marchiae (2) vehebat.

Per Angelum Iudicis Guillelmi Notarium Ortonae.

N. 5.

Olim Arca D. Fasciculus 48, N. 16.

1292, *Augusti* 17, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VIII. Suessae.*

Universitas Suessae, ut exsequatur litteras Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, eligit Magistrum Iuratum, et Iudices pro anno VI Indictionis.

Per Taddaeum Notarium Suessae.

---

(1) Ad quodnam navis genus pertinuerit *barca*, habes ex Ugutione: *Barca, navis mercatorum, et quae merces exportat.* Quum igitur de mercium extractione agatur, quae ex capitulo Caroli I. sine Regis venia fieri prohibebatur. Vid. *Capitul. Reg. Sic.* pag. 1 ad 3, Neap. 1773, recte *naves onerariae* memorantur.

(2) Vox *Marca* Longobardorum aetate terminum, seu limitem Provinciae indicabat. Vid. Eginhard. an. 827, et 828, et Balutium cap. I. Quo vero tempore Picenum Marchiae nomen adceperit, non satis liquet. Plurimi scriptores id primis Longobardorum annis factum dicunt. Vid. I. Hondium *Descriz. d'Ital. Marca d'Ancona*, Bleu *Theatr. Orb. Marc. Ancon. et Ancon.* part. 3, Azorium *Institut. Moral.* par. 2. cap. 76. Alii vero id posterius evenisse putant (Fr. Franc. de' Longobardi *Cronton. di Letter. di S. Franc. di Paol.* lett. 35. not. 2.) ex Gregorii Magni praesertim auctoritate, qui in suis litteris Marchiam Firmanam, et Camerinam, non vero Anconitanam nominat. Lib. X. Epist. 13. Quidquid autem hac de re sit, apud Scriptores medii aevi modò Marchia Anconitana, modo Picenum haec Provincia dicta fuit. Vid. Ciacon. *Vit. Benedicti VII.* an. 1012 et *Nicol. II.* an. 1059, et Hieron. Rossi in *Historia Ravennae* lib. VI. ad an. 1198, et 1199, et Carol. Sigon. *de Reg. Ital.* lib. VIII. an. 973.

N. 6.

Olim Arca D. Fasciculus 48, N. 5.

1292, *Augusti* 18, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VIII. Piscariae.*

Statuti super officio Salis Curiae in Aprutio, post subhastationem vendunt unciis auri 6, duodecim asinos *arrestatos* (1), quia sal ferebant.

Per Iohannem Notarium Piscariae.

N. 7.

Olim Arca D. Fasciculus 3, N. 10.

1292, *Augusti* 22, *Indictione* 5, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno I. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat G. Caputaquensi Episcopo, et Guidoni de Alamania Thesaurariis, ut solvant Servientibus Castrorum, et Fortelliciarum Ducatus Amalfiae, nec non Capitaneis Castri-Maris de Stabia, ac Stipendiariis equitibus, et Servientibus peditibus eorum gagia.

N. 8.

Olim Arca D. Fasciculus 48, N. 19.

1292, *Augusti* 22, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VIII. Alandi.*

Commissarii Bertrandi Artus Iustitiarii Aprutii, ut exsequantur mandatum Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae denuntiatum per litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, divulgant in terris singillatim recensitis, introscripta Capitula Caroli II. de servitiis Pheudalibus.

Per Iacobum Iudicis Thomasii Notarium Alandi.

---

(1) *Arrestare* idem sonat ac *detinere*. Vid. Concil. Tolosan. an. 1225, et Thom. Walsingham. p. 248.

N. 9.

Olim Arca A. Fasciculus 83, N. 3.

1292, *Augusti* 24, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VIII. Civitellae.*

Universitas Civitellae (1) eligit Franciscum Gualterium Iudicem pro anno VI. Indictionis.
Per Franciscum Magistri Nicolai Notarium Civitellae.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 17, N. 16.

1292, *Augusti* 24, *Indictione* 5, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno I. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Lodoyco de Montibus Iustitiario Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut solvat Pontio de Buccaplanea Castellano, et Capitaneo Policastri, ac vigintiquatuor Servientibus gagia duorum mensium ad rationem singillatim recensitam.

FASCICULUS XXVI.

N. 1.

Olim Arca D. Fasciculus 21, N. 6.

1292, *Augusti* 25, *Indictione* 5, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno I. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Berterando Artus Iustitiario Aprutii, ut recipiat quinque Stipendiarios equites, quos prius habebat, eisque gagia solvat, dimissis, quos postea in ipsorum locum suffecerat (2).

---

(1) In chartis, quae electionem vel Iudicum, vel Magistri Iurati continent, litterae Iustitiarii, quae id praecipiant, memorari quidem solent, non exscribi. At in presenti membrana neutrum occurrit, quod factum quidem censemus Notarii incuria, qui mandatum, de quo dubitari non poterat, indicare neglexit.

(2) Quum membranam Fascic. XXIV. N. 7 legimus, Regium aerarium adeo exhaustum observavimus, ut nec ipsis Stipendiariis esset solvendo. Tan-

N. 2.

Olim Arca D. Fasciculus 79, N. 12.

1292, *Augusti* 28, *Indictione* 5, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno I. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Ursoni Pastori Magistro Massariarum Curiae in Capitanata, ut adsignet Magistris Marascallarum, et Aratiarum Curiae in Apulia necessaria pro substentatione animalium Curiae in Orta, hominumque ad eorum custodiam addictorum, et ut serere faciat hordeum ipsis necessarium.

N. 3.

Olim Arca B. Fasciculus 16, N. 10.

1292, *Augusti* 28, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VIII. Pennae de Luce.*

Universitas Pennae de Luce, ut exsequatur litteras Berteraimi de Arcus Iustitiarii Aprutii eligit Magistrum Iuratum pro anno VI. Indictionis.

Per Nicolaum Iohannis de Osento Notarium Pennae de Luce.

N. 4.

Olim Arca D. Fasciculus 69, N. 1.

1292, *Augusti* 29, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VIII. Corneti.*

Commissarius Gentilis de Sangro Iustitiarii Capitanatae, ut exsequatur duo mandata Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae, denunciata per litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, iniungit Universitati Corneti, ut solvat Vicario

---

tam autem pecuniae inopiam omnino ab temporum iniquitate, bellis, itineribusque ab Rege susceptis repetendam putavimus. At nostra haec membrana non propter publicas Regni calamitates, sed potius propter privatas rationes Iustitiarium Stipendiarios abiecisse ostendit. Et Rex, ne iniurias inferri sineret, ipsum Iustitiarium, ut iterum eos recipiat, adigit.

Guillelmi de Alneto pro quolibet bove domito (1) frumenti thuminos 6, ob cessionem ei factam a Monasterio S. Trinitatis de Venusio.

Per Nicolaum Notarium Corneti.

N. 5.

Olim Arca B. Fasciculus 38, N. 8.

1292, *Augusti* 31, *Indictione* 5, *Caroli II. anno VIII. Sulmonae.*

Universitas Sulmonae, ut exsequatur mandatum Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae, denunciatum sibi per litteras Berterandi Artus Iustitiarii Aprutii, quae exscribuntur, eligit quatuor Iudices pro anno VI. Indictionis, et post inquisitionem, declarat quotannis totidem Iudices semper fuisse creatos, et unumquemque eorum solvisse tarenos auri 15.

Per Franciscum Thomasii Notarium Sulmonae.

N. 6.

Olim Arca B. Fasciculus 21, N. 6.

1292, *Septembris* 1, *Indictione* 6, *Caroli II. anno VIII. Troiae.*

Rogerius de Tarento Vicarius B. Cardinalis (2) per totam Apuliam, constituit suum procuratorem Rolbinum, ut adeat Gentilem de Sangro Iustitiarium Capitanatae, et defendat homines Ursariae, contra Henricum Sarraceni Camerarium Berardi de S. Georgio.

Per Andream de Aczone Notarium Troiae.

---

(1) Inter ceteras concessiones factas Monasterio SS. Trinitatis de Venusio illa fuit, qua homines Corneti tenebantur *pro decima et nomine decime annualim pro quolibet aratro certam frumenti et hordei quantitatem exolvere.* Haec autem frumenti quantitas petente Guillelmo de Alneto, qui reditus ipsius terrae Corneti, ad censum ab eodem Monasterio tenebat ad thuminos sex pro quolibet bove domito ipsorum hominum reducta fuit.

(2) De hoc Cardinali vide, quae diximus pag. 47, not. (2).

N. 7.

Olim Arca A. Fasciculus 89, N. 20.

1293, (1292) (1) *Septembris* 1, *Indictione* 6, *Caroli II. anno VIII. Dordonae.*

Procurator gregariae porcorum Curiae in Dordona, ut exsequatur litteras Ursonis Pastoris Magistri Massariarum Curiae in Capitanata, quae exscribuntur, tradit successori suo res, et animalia eiusdem gregariae, quae singillatim recensentur.
Per Nicolaum Iudicis Peregrini Notarium Fogiae.

N. 8.

Olim Arca B. Fasciculus 47. N. 1.

1293, (1292) *Septembris* 1, *Indictione* 6, *Caroli II. anno VIII. Fogiae.*

Massarius Curiae in Calagio, ut exsequatur litteras Ursonis Pastoris Magistri Massariarum Curiae in Capitanata, quae exscribuntur, conficit inventarium rerum ad eamdem Massariam pertinentium.
Per Nicolaum Iudicis Peregrini Notarium Fogiae.

N. 9.

Olim Arca B. Fasciculus 83, N. 5.

1293, (1292) *Septembris* 1, *Indictione* 6, *Caroli II. anno VIII. Fogiae.*

Massarii Curiae in Salsisburgo, ut exsequantur litteras Ursonis Pastoris Magistri Massariarum Curiae in Capitanata, quae exscribuntur, conficiunt inventarium rerum ad eamdem Massariam pertinentium.
Per Nicolaum Iudicis Peregrini Notarium Fogiae.

---

(1) Hanc Membranam, uti et sequentes duas ad annum 1292 revocavimus, quum et huic anno omnes notae chronologicae conveniant; et Nicolaus Iudicis Peregrini Notarius Fogiae sic annos in aliis instrumentis enumeret. Vid. Fasc. XXII. N. 1.

N. 10.

Olim Arca D. Fasciculus 69, N. 17.

1292, *Septembris 2, Indictione 6, Caroli II. anno VIII. Campli.*

Universitas Campli, ut exsequatur litteras Bertrandi Arcusii Iustitiarii Aprutii, eligit Magistrum Iuratum pro anno supradicto. *Per Bartholomaeum Petri Notarium Campli.*

FASCICULUS XXVII.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 66, N. 11.

1292, *Septembris* 10, *Indictione* 6, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno I. In Turri S. Herasmi prope Capuam.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Bertrando Arcus Iustitiario Aprutii, ut iniungat Ortonensibus singillatim recensitis, ut infra dies 10 Carolum ipsum adeant, et rationem reddant criminum in Officiales Curiae commissorum.

N. 2.

Olim Arca H. Fasciculus 10, N. 5.

1292, *Septembris* 14, *Indictione* 6, *Baroli.*

Iohannes de Monte-forti Capitaneus Generalis in Regno Siciliae mandat Bertrando Arcus Iustitiario Aprutii, ut ad exsequendas litteras dudum missas, quae exscribuntur, restituendas curet Renforziato de Castellana uncias auri 94 tarenos 6, et grana 8 ab eo iniuste exacta pro exitura salmarum 1000 frumenti, recipiendo pro ipsa exitura frumenti salmas 4000 iuxta concessionem Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae.

N. 3.

Olim Arca D. Fasciculus 19, N. 16.

1292, *Septembris* 16, *Indictione* 6, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno I. Morroni.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Petro de Tolosa Secreto, Magistro Portulano, ac Procuratori Apuliae, ut ad exsequendas litteras suas olim missas Iohanni de Moliens Iustitiario Terrae-Bari, et Tancredo Sire Sansonis, quae exscribuntur, restituenda curet Paulo filio Nicolai de Carticio, et Agneti viduae dicti Nicolai bona, quae ad ipsos pertinebant, nec ab eodem Nicolao obligari poterant Curiae pro officio Portulanatus, et Procurationis Aprutii ab ipso dudum gesto.

N. 4.

Olim Arca B. Fasciculus 24, N. 8.

1292, *Septembris* 16, *Indictione* 6, *Caroli II. anno VIII. Bari.*

Commissarii Iohannis de Moliens Iustitiarii Terrae-Bari, ut exsequantur litteras Caroli II. exscriptas in mandato Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae, denunciato per litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, inquirunt in Terris siogillatim recensitis de Baronibus, Comitibus, et Pheudatariis, de servitio per eos praestando, et de valore annuo pheudorum (1).

Per Nicolaum de Chunato Notarium Bari.

N. 5.

Olim Arca B. Fasciculus 22, N. 8.

1292, *Septembris* 20, *Indictione* 6, *Caroli II. anno VIII. Pennae.*

Commissarius Bertrandi Artus Iustitiarii Aprutii, ut exsequa-

(1) Quaenam fuerit huius inquisitionis caussa, legimus in Regio mandato heic exscripto: « Cum velimus tam de Comitibus quam baronibus et pheodatariis » quibuscumque terras et pheoda in Regno nostro tenentibus . . . . ac » de servitio ad quod comites barones et pheodatarii ipsi pro terris et pheodis » huiusmodi curie nostre tenentur particularem et lucidam habere notitiam etc. » Quare quum Iustitiarius huiusmodi notitiam sibi comparare deberet, inquisitionem instituendam curavit.

tur litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, declarat nulla bona mobilia, et stabilia invenisse ad Iohannem Rayni Silvestri contumacem pertinentia.

Per Silvestrum Berardi Notarium Pennae.

N. 6.

Olim Arca B. Fasciculus 49, N. 14.

1292, *Septembris* 24, *Indictione* 6, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno I. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Lodoyco de Montibus Iustitiario Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut solvat Terrisio de Mesi Valletto uncias auri 12 ponderis generalis pro pretio cuiusdam equi.

N. 7.

Olim Arca B. Fasciculus 47, N. 13.

1293, (1292) (1) *Octobris* 12, *Indictione* 6, *Caroli II. anno VIII. S. Andreae.*

Petentibus Massariis Campi Curiae, qui fuit quondam Gayti Madii, et filiorum eius, Iudex et Notarius declarant bovem unum morte naturali occubuisse.

Per Palmerium Notarium S. Andreae.

N. 8.

Olim Arca K. Fasciculus 46, N. 17.

1292, *Octobris* 20, *Indictione* 6, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno I. Sangri.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat G. Caputaquensi Episcopo Magistro Rationali, et una cum Guidone de Alamania receptori fiscalis pecuniae, ut recipiat a Berte-

(1) In hac membrana notae chronologicae ad annum 1292 pertinent.

rando Arcus Iustitiario Aprutii uncias 25, easque solvat Alberico de Verberia Thesaurario suo pro expensis hospitii sui.

N. 9.

Olim Arca D. Fasciculus 29, N. 5.

1292, *Octobris* 31, *Indictione* 6, *Caroli Regis Hungariae*, *Principis Salernitani*, *Vicarii in Regno Siciliae anno I. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat G. Caputaquensi Episcopo Magistro Rationali, et una cum Guidone de Alamania receptori fiscalis pecuniae, ut solvant Henrico de Sinopolo uncias auri 10, nec non Godardo de Glorifloco Castellano Castri Agropoli uncias auri 16 pro gagiis eius, et servientium.

N. 10.

Olim Arca H. Fasciculus 19, N. 10.

1292, *Novembris* 8, *Indictione* 6, *Caroli Regis Hungariae*, *Principis Salernitani*, *Vicarii in Regno Siciliae anno I. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Lodoyco de Montibus Iustitiario Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut solvat Philippo Maza Notario Regio, et Petro Grasso Notario in officio Logothetae gagia pro se, et Scriptore ad rationem singillatim recensitam, et uncias 2 pro roba presentis yemis (1).

---

(1) Unciae duae, uti in hac membrana *pro roba presentis yemis* conceduntur, ita in sequenti membrana *pro indumentis presentis yemis* solvi mandantur. His autem nominibus vestes, quibus homines recensiti in officiis utebantur designari, censemus; eas nimirum, quae quotannis Notariis Curiae dabantur, uti ex Regio mandato, nec tamen aliunde, ediscimus.

FASCICULUS XXVIII.

N. 1.

Olim Arca G. Fasciculus 27, N. 10.

1292. *Novembris* 9, *Indictione* 6, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani*, *Vicarii in Regno Siciliae anno I. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Lodoyco de Montibus Iustitiario Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut solvat Iohanni de Baro, et Marcucio de Scala Regiae Cancellariae Notariis, et Hugolino de Faventia Scriptori Registrorum Magistrorum Rationalium Regiae Curiae gagia ad rationem singillatim recensitam, et dicto Iohanni alias uncias 2 pro indumentis praesentis yemis.

N. 2.

Olim Arca L. Fasciculus 26, N. 46.

1292, *Novembris* 10, *Indictione* 6, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani*, *Vicarii in Regno Siciliae anno I. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat G. Caputaquensi Episcopo Magistro Rationali, et una cum Guidone de Alamania receptori Fiscalis pecuniae, ut exsequantur litteras Iohannis de Monte-forti Capitanei Generalis in Regno Siciliae, et solvant Fortibracia de Urga pecuniae quantitates singillatim recensitas.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 71, N. 3.

1292, *Novembris* 10, *Indictione* 6, *Caroli Regis Hungariae Principis Salernitani*, *Vicarii in Regni Siciliae anno I. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Bertrando Arcus Iustitiario Aprutii, ut faciat subhastari iura Cabellae Secretiae Aprutii locata Petro Iohannis Andreae unciis 560 ponderis generalis.

N. 4.

Olim Arca D. Fasciculus 46, N. 6.

1292, *Novembris* 14, *Indictione* 6, *Caroli Regis Hungariae*, *Principis Salernitani*, *Vicarii in Regno Siciliae anno I. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae acceptat solutiones a G. Caputaquensi Episcopo Magistro Rationali, et una cum Guidone de Alamania receptori Fiscalis pecuniae factas Raynaldo Speciali, et Guillelmino de Iugrai familiaribus dominae Caterinae suae Consobrinae (1).

N. 5.

Olim Arca A. Fasciculus 89, N. 4.

1292, *Novembris* 30, *Indictione* 6, *Caroli II. anno VIII. Troiae.*

Commissarius Gentilis de Sangro Iustitiarii Capitanatae, ut exsequatur mandatum Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae denuntiatum per litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, iniungit Universitatibus singillatim recensitis, ut infra septem dies eligant taxatores, et collectores ad exigendam pecuniam ipsis impositam pro subsidio belli Siculi (2).

Per Andream de Aczone Notarium Troiae.

---

(1) Hanc mulierem, quae *Consobrina* Caroli Regis Hungariae scribitur, non aliam, nisi Catharinam filiam Philippi de Cortenay, et Beatricis filiae Caroli I. fuisse putamus. Ab historicis anim de nulla alia Consobrina Caroli Martelli mentio fit, quae hoc nomine adpelletur. Nos autem Vol. I. pag. 40, not. (1), et pag. 91, not. (1) de Matrimonio inter Beatricem filiam Caroli I., et Philippum filium Balduini Imperatoris Constantinopolitani egimus. Unum heic addendum censemus hoc scilicet Matrimonium ante annum 1269 initum fuisse. Vid. Reg. sign. 1269 B. fol. 105. Anno autem 1273, Idib. Octob. Fogiae celebratum est. Vid. Reg. sign. 1272. B. fol. 191. Porro ipsa Beatrix anno 1276 iam decesserat, uti notavimus Vol. I. pag. 123, not. (1), unicamque reliquerat filiam nomine Catharinam, quae Imperatricis Constantinopolitanae titulo fuit insignita Vid. *Histoire de la Maiçon de France* Tom. II. pag. 652.

(2) Vid. pag. 95. Not. (1).

N. 6.

Olim Arca B. Fasciculus 25, N. 12.

1292, *Decembris* 3, *Indictione* 6, *Caroli II. anno VIII. Sancto Iohanne Rotundo.*

Comissarius, et Baiuli S. Iohannis Rotundi, ut exsequantur litteras Gentilis de Sangro Iustitiarii Capitanatae, quae exscribuntur, vendunt granis 15 tertiam partem bonorum mobilium hominum singillatim recensitorum, reliqua vero adnotant pro Curia, quia citati non comparuerant.

Per Gualterium Notarium S. Iohannis Rotundi.

N. 7.

Olim Arca D. Fasciculus 46, N. 9.

1292, *Decembris* 18, *Indictione* 6, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno I. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Tarsionariis tarsionatus Neapolis (1), ut non cogant Conradum *Barcarium* (2) ad restituendum Curiae galionem naufragio perditum.

N. 8.

Olim Arca K. Fasciculus 41, N. 34.

1292, *Decembris* 24, *Indictione* 6, *Melfiae.*

Iohannes de Monte-forti Capitaneus Generalis in Regno Siciliae man-

---

(1) Vocem *Tarsionatus* explicavimus Vol. I. pag. 83, not. (2), et pag. 165, not. (3). Qui autem ibi dicitur *Praepositus Tarsionatus*, heic *Tarsionarius* audit.

(2) Vox *barcarius* in nostra membrana non munus, sed cognomen Corradi designasse videtur, quum scriptum sit *Conradi Barcarii de Yscla*. Profecto Patriam hominis non post nomen muneris, sed post cognomen tunc temporis Notarii scribere consueverunt. Ceterum Muratorii animadversiones edocti, recte censemus cognomen istud idcirco Corrado adhaesisse, quia aliquis ex eius Maioribus *Barcarii* artem exercuit. Vid. Murator. *Dissertaz. sopra le antich. Ital.* Diss. XLII.

dat Berterando Artus Iustitiario Aprutii, ut pro Gilecto de Assigari recipiat in suum Scutiferum Raymundum Bussam, eique gagia solvat.

N. 9.

Olim Arca C. Fasciculus 35, N. 1.

(1292) (1).................... *Caroli II. anno VIII.*
In Monte S. Angeli.

Notarius Thomas de Monte S. Angeli constituit suum procuratorem Notarium Riccardum, ut adeat Gentilem de Sangro Iustitiarium Capitanatae, a quo ipse citatus fuerat.

Per Leonardum Notarium Montis S. Angeli.

N. 10.

Olim Arca B. Fasciculus 2, N. 20.

1292, (1293) (2) *Ianuarii* 2, *Indictione* 6, *Caroli II. anno VIII. Fogiae.*

Iuratus Fogiae, ut exsequatur litteras Gentilis de Sangro Iustitiarii Capitanatae, quae exscribuntur, declarat nulla bona invenisse pertinentia ad Venutum de Marco bannitum.

Per Iohannem de Guido Notarium Fogiae.

FASCICULUS XXIX.

N. 1.

Olim Arca B. Fasciculus 1, N. 10.

1293, *Ianuarii* 8, *Indictione* 6, *Caroli II. anno IX. Fogiae.*

Conradus de Tancredo constituit suum procuratorem Iacobum

(1) Huic membranae, quae mutila est annum 1292 adposuimus, tum quia anno VIII. Caroli II scripta dicitur, qui a Non. Ian. 1292 incoepit, tum quia Gentilis de Sangro post VI. Kal. Iun. 1292 Iustitiarii munus adcepit. Vid. Fascic. XXIII. N. 1, et Fascic. XXIV. N. 1.

(2) Heic pro anno 1292 annum 1293 scripsimus, quum Gentilis de Sangro, ut modo diximus, hoc anno officium Iustitiarii Basilicatae gereret. Praeterea indictio, et anni Caroli II. etiam huic anno conveniunt.

Iohannis de Symilla, ut eum defendat coram Gentile de Sangro Iustitiario Capitanatae.

Per Nicolaum Cannabinum Notarium Fogiae.

N. 2.

Olim Arca B. Fasciculus 50, N. 19.

1293, *Ianuarii* 11, *Indictione* 6, *Caroli II. anno IX. Niciae* (1).

Rex mandat Magistris Salis Curiae in Principatu, Terra-Laboris, et Aprutio, ut solvant quotannis Hugoni dicto Russo de Suliaco uncias auri 100, complementum annuae provisionis unciarum 180 illi concessae sub servitio 9 militum, quia pro reliquis unciis 80 Terram habuerat.

N. 3.

Olim Arca A. Fasciculus 89, N. 2.

1293, *Ianuarii* 19, *Indictione* 6, *Caroli II. anno IX. Vestigii.*

Commissarius Berterandi Artus Iustitiarii Aprutii, ut exsequatur litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, forbannit Matthaeum de Robolocto, et per testium depositiones declarat se nulla bona ad illum pertinentia invenisse.

Per Thomasium Guillelmi Notarium Pennae.

---

(1) Giannonius lib. XXI. cap. 3, tradit Carolum II. composita pace cum Alphonso Aragoniae Rege, receptisque filiis, quos obsides dederat, statim in Italiam ex Gallia rediisse, ac summo honore a Genuensibus exceptum fuisse. At Historicus noster fallitur suo more factorum epochis minime insistens. Pax enim inita fuit anno 1291, uti monuimus pag. 95, not. (1); discessus autem e Gallia non ante annum 1293 contigit. Series enim diplomatum in Gallia conscriptorum perdurat usque ad XVII. Kal. Decemb. 1292. Deinde Niciam, nescimus qua de causa, convolavit uti ex nostra membrana, et alia Fascic. XXXI. n. 1, et mox in Galliam rediit. Vid. Fascic. XXXI. n. 7, ubi etiam diutius commoratus est. Porro morae tam diuturnae nulla alia videtur agnoscenda caussa, quam ut Reges Galliae et Aragoniae iamdiu dissidentes ita inter se conciliaret, ut suis etiam negotiis consuleret, pacemque suam, quam paucis post diebus vidimus dissolutam, conditionibus minus duris iniret, et obfirmaret.

N. 4.

Olim Arca E. Fasciculus 65, N. 5.

1293, *Ianuarii* 20, *Indictione* 6, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno I. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae, ut exsequatur mandatum Caroli patris sui, quod exscribitur, mandat Hugoni dicto Russo de Sulisco Capitaneo, et Iustitiario Aprutii, ut tradat Caesario de Aprano sub servitio unius militis unam ex duabus tertiis partibus Castri Ortonae cum Carreto olim concessis Henrico de Guinis, et ad Curiam revocatis (1).

N. 5.

Olim Arca B. Fasciculus 16, N. 6.

1293, *Ianuarii* 21, *Indictione* 6, *Caroli II. anno IX. Praecinae.*

Commissarius Gentilis de Sangro Iustitiarii Capitanatae, ut exsequatur litteras Iohannis de Monte-forti Capitanei Generalis in Regno Siciliae, denuntiatas per litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, revocat ad Curiam pheuda singillatim recensita, eo quod illorum Barones, spreto mandato Regio, cum pheudali servitio Materam die 11 Decembris nuper elapso sese non contulerant.

Per Hippolytum (2) *Notarium Praecinae.*

---

(1) Henricus de Guinis in charta vocatur *fidelis noster*, ac propterea non ob laesae maiestatis crimen pheudum amittit. Superest itaque, ut suspicemur non aliam ob caussam pheudum ad Curiam revocari, nisi quia legitima auctoritate collatum non fuerat. Illud enim concesserat Robertus Comes Atrebatensis, quem vidimus pag. 5, not. (1) nullam in scriptis huiusmodi habuisse ab Rege facultatem, sed tantummodo adfirmasse eam sibi traditam viva voce a Carolo I. mox morituro. Nil igitur mirum, si successor huiusmodi concessionem, ut eiusdem verbis utar, *irritam ducit*; adeoque aliam etiam tertiam partem ipsius pheudi mox N. 8 videbimus donatam Iacobo de Capua.

(2) In membrana *Ypolitus.*

N. 6.

Olim Arca D. Fasciculus 37, N. 4.

1293, *Ianuarii 23, Indictione 6, Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno I. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Lodoyco de Montibus Iustitiario Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut non compellat Iohannem Guallerium dominum Ciplii ad solvendas uncias auri sex ei impositas pro opere Teridarum, quia damnum longe maius pertulerat suis *lignaminibus* ad dictum opus adhibitis (1).

N. 7.

Olim Arca C. Fasciculus 25, N. 11.

1293, *Ianuarii 24, Indictione 6, Caroli II. anno VIII. Guasto-Aymone.*

Petente Francisco Bellonaso, Iudex, et Notarius declarant ipsum ex litteris Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae, quae exscribuntur, coepisse exercere eodem die officium Actorum Notarii apud Hugonem dictum Russum de Suliaco Capitaneum Generalem, et Iustitiarium totius Aprutii.

Per Riccardum Rogerii Notarium Pennae-Lucis.

N. 8.

Olim Arca D. Fasciculus 31, N. 20.

1293, *Ianuarii 24, Indictione 6, Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno I. Argentii.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae, ut exsequatur mandatum Caroli patris sui, quod exscribitur, mandat Hugoni dicto Russo de Suliaco Capitaneo Generali, et Iustitiario Aprutii, ut tradat Iacobo de Capua sub servitio unius militis unam ex duabus tertiis partibus Castri Ortonae cum Carreto olim concessis Henrico de Guinis, et ad Curiam revocatis.

(1) Ad construendas teridas peculiarem imposuerat Carolus collectam, uti et in ceteris gravioribus expensis ad bellum necessariis agere solebat. Ligna ad huiusmodi opus e sylvis Iohannis Guallerii excisa fuerant, nec idcirco iustum ei pretium persolutum. Merito igitur pecunia exigenda ipsi condonatur.

N. 9.

Olim Arca B. Fasciculus 57, N. 12.

1293, *Ianuarii* 31, *Indictione* 6, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno I. Corneti.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae acceptat solutiones factas hominibus singillatim recensitis ab Receptoribus fiscalis pecuniae, nempe a G. Caputaquensi Episcopo Magistro Rationali Regiae Curiae, et a Guidone de Alamania.

N. 10.

Olim Arca B. Fasciculus 7, N. 13.

1293, *Februarii* 1, *Indictione* 6, *Caroli II. anno IX. Guasto-Aymone.*

Hugo dictus Russus de Suliaco Capitaneus Generalis, et Iustitiarius Aprutii, ut exsequatur Capitulum mandati Regii, recipit in Iudicem Philippum Capasancta.
Per Vastum Notarium Guasti-Aymonis.

FASCICULUS XXX.

N. 1.

Olim Arca B. Fasciculus 16, N. 3.

1293, *Februarii* 2, *Indictione* 6, *Caroli II. anno IX. Vestis.*

Petente Roberto de Magistro Stephano, Iudex, et Notarius declarant ipsum non posse adire Gentilem de Sangro Iustitiarium Capitanatae, a quo citatus fuerat, eo quod in rixa vulneratus decumberet.
Per Bartholomaeum Notarium Vestarum.

N. 2.

Olim Arca A. Fasciculus 81, N. 18.

1293, *Februarii* 10, *Indictione* 6, *Caroli II. anno IX. Termulis.*

Petentibus Comito Angelo, et Margarito Iudicis Angeli, Iudex, et Notarius declarant ipsos non posse adire Gentilem de Sangro Iusti-

tiarium Capitanatae, a quo citati fuerant, eo quod graviter in rixa vulnerati decumberent.

Per Iohannem Iudicis Borecellae Notarium Termularum.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 40, N. 5.

1293, *Februarii* 15, *Indictione* 6, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno I. Iuvenacii.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat G. Caputaquensi Episcopo Magistro Rationali Regiae Curiae, et Thesaurario, ut solvat Riccardo de Arenis ad confinia deputato (1) uncias auri duas ponderis generalis.

N. 4.

Olim Arca E. Fasciculus 65, N. 15.

1293, *Februarii* 17, *Indictione* 6, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno I. Bari.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae, ut exsequatur mandatum Caroli patris sui, quod exscribitur, mandat Hugoni dicto Russo de Suliaco Capitaneó, et Iustitiario Aprutii, ut solvat Magistris passuum, et *grassiae* (2) Aprutii, atque Stipendiariis, et servientibus suis gagia consueta.

N. 5.

Olim Arca B. Fasciculus 2, N. 14.

1293, *Februarii* 18, *Indictione* 6, *Caroli II. anno IX. Manfridoniae.*

Universitas Manfridoniae, ut exsequatur litteras Gentilis de Sangro Iustitiarii Capitanàtae, eligit Iohannem de Monte S. Angeli suum Syndicum, ut adeat Iustitiarium ipsum, et respondeat de homicidiis clandestinis singillatim recensitis.

Per Nicolaum Notarium Manfridoniae.

---

(1) Quum Riccardus de Arenis in membrana dicatur *devotus noster*, putamus non quia reus ad confinia deputatum; sed potius ut aliquod Regis negotium ibi ageret; ac propterea de honesta substentatione sibi ab Rege providetur.

(2) Vid. Vol. I. pag. 75, not. (18).

N. 6.

Olim Arca K. Fasciculus 52, N. 7.

1293, *Februarii* 20, *Indictione* 6, *Gravinae.*

Iohannes de Monte-forti Capitaneus Generalis in Regno Siciliae mandat Hugoni dicto Russo de Suliaco Capitaneo, et Iustitiario Aprutii, eiusque Aerario (1), ut retineat secum pro servitiis *guerrae* Iohannem de Chalons, eique solvat uncias auri 25 ponderis generalis.

N. 7.

Olim Arca D. Fasciculus 30, N. 19.

1293, *Martii* 1, *Indictione* 6, *Caroli II. anno IX. Corneti.*

Petentibus Magistris Aratiarum, et Marescallarum Curiae in Apulia, Iudex, et Notarius declarant servientes singillatim recensitos continenter moratos esse ad suum munus obeundum.

Per Bisancium Notarium Corneti.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 6, N. 8.

1293, *Martii* 9, *Indictione* 6, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno I. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Roberto de Grolay Iustitiario Basilicatae, ut si constiterit Universitatem Oppidi olim dedisse Comiti Atrebatensi mutuas uncias

---

(1) Aerarium Latinis locum in quo publicum aes deponebatur, indicavit. Medio autem aevo custodes etiam publicae pecuniae *aerarii* dicti fuerunt, quod miramur Lexicographos non animadvertisse. Apud Iustitiarium enim cuiuscumque provinciae aliquem officialem deputatum legimus in nostris membranis, qui Aerarius dicebatur, custodiebatque pecuniam per collectas exactam. Quare saepe Rex, quum aliquid huiusmodi pecuniae impendi oporteret, mandata non modo ad Iustitiarium, sed et ad Aerarium dabat; uti et in nostra membrana factum videmus.

auri octo ad solvenda gagia Stipendiariis in *fronteriis* hostium (1), detrahat eas ab residuo generalis subventionis adhuc solvendo.

N. 9.

Olim Arca B. Fasciculus 53, N. 5.

1293, *Martii* 10, *Indictione* 6, *Caroli II. anno IX. Termulis.*

Iohannes Vetulus de Conrado, et Guisinolfus Notarii Guisinolfi fideiubent pro Iohanne de Conrado Magistro Iurato Termularum, qui ut mulctas pro defectu officii impositas solveret citatus fuerat coram Gentile de Sangro Iustitiario Capitanatae.

Per Nicolaum de Angelo Notarium Termularum.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 5, N. 9.

1293, *Martii* 16, *Indictione* 6, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno I. Beneventi.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Hugoni dicto Russo de Suliaco Capitaneo, et Iustitiario Aprutii, ut non exigat ab hominibus Terrarum Philippi de Flandria, et uxoris suae residuum generalis subventionis, dummodo constet id Philippum retinuisse ex mandato Regio pro supplemento reditus Comitatus Laureti (2).

---

(1) Iam pag. 16, not. (2) observavimus hostes Siculos Neapolitanum Regnum ingressos fuisse dum Robertus Comes Atrebatensis baliatum exercebat. Hinc balius ipse nonnulla disposuit ut ipsis obsisteret; inter quae fuit illud ut stipendiarios *in fronteriis* constitueret. Vox autem *fronteria*, seu *frontera* limites Regni, aut Provinciae iam significare incoeperat, quod postmodum in vernacula lingua receptum fuit. Vid. Petr. de Vin. lib. II. ep. 58, D'Achery *Spicileg.* tom. X. pag. 244. Hinc *fronteram tenere* dicitur Princeps, qui castra in finibus Principatus contra hostes locat. Vid. Martinez *Hist. Pinnat.* lib. V. cap. 24.

(2) Quinam fuerint reditus terrarum Comitatus Laureti, et quid ab Rege donatum fuerit Philippo de Flandria, neque ex membrana, neque ex Regestis excudimus. Unum illud occurrit in Reg. sign. 1280, B. fol. 164 a t.° hunc scilicet Comitatum anno 1283, VII. Id. Ian. ab Carolo I. concessum fuisse Yolandae filiae quondam Radulfi de Sassone uxori Bernardi de Monilio pro reditu unciarum auri 320. Mirum itaque non est, quod Philippus de Flandria huius Comitatus Dominus uncias auri 150, tarenos 22 et granos 16 pro supplemento defectus reditus ipsarum Terrarum pro anno V. Indictionis retinuerit.

FASCICULUS XXXI.

N. 1.

Olim Arca H. Fasciculus 36, N. 8.

1293, *Martii* 31, *Indictione* 6, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno II. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae, ut exsequatur mandatum Caroli Patris sui, quod exscribitur, mandat (Rostayno) de Corbano Iustitiario Capitanatae, ut solvat Oddoni de Suliaco uncias auri 50, quas ipse Rex pro servitiis praestitis ei concesserat.

N. 2.

Olim Arca D. Fasciculus 29, N. 3.

1293, *Aprilis* 7, *Indictione* 6, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno II. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Iacobo de Bursona, et Fratri Matthaeo Rogerii Magistro Rationali Statutis super opere Teridarum Curiae in Neapoli, ut faciat in circuitu Teridarum Curiae, quae construebantur, poni forte *palicium* (1), et statuat octo Stipendiarios equites, et quadraginta pedites ad eas custodiendas.

N. 3.

Olim Arca B. Fasciculus 38, N. 6.

1293, *Aprilis* 8, *Indictione* 6, *Caroli II. anno IX. Baroli.*

Commissarius Iohannis de Monte-forti Capitanei Generalis in Regno Siciliae, ut exsequatur litteras eiusdem Capitanei, quae exscribuntur, post subhastationem, vendit hominibus singillatim recensitis salmas 300 frumenti Curiae, unciis auri 47, et tarenis 18 ponderis generalis.

Per Thomasium Notarium Baroli.

---

(1) *Palicium*, seu *Paliciatum* seriem palorum indicat. Vid. Anonym. *de Gestis Frid. II. Imperat.* Ne autem aliquid damni rebus ad construendas Teridas necessariis inferretur, Rex palicium, et Custodes statuit.

N. 4.

Olim Arca F. Fasciculus 6, N. 10.

1293, *Aprilis* 10, *Indictione* 6, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno II. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Hugoni dicto Russo de Suliaco Capitaneo, et Iustitiario Aprutii, ut locet duobus annis Bartholomaeo Galgani Cabellam Secretiae Aprutii unciis auri 1200 ponderis generalis.

N. 5.

Olim Arca E. Fasciculus 69, N. 3.

1293, *Aprilis* 10, *Indictione* 6, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno II. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Hugoni dicto Russo de Suliaco Capitaneo, et Iustitiario Aprutii, ut non exigat ab hominibus Terrarum, quae singillatim recensentur, residuum generalis subventionis, eo quod ipsum iam solverant Philippo de Flandria pro supplemento reditus Comitatus Laureti.

N. 6.

Olim Arca B. Fasciculus 2, N. 15.

1293, *Aprilis* 18, *Indictione* 6, *Caroli II. anno VIII. Piscariae.*

Petente Hugone dicto Russo de Suliaco Capitaneo, et Iustitiario Aprutii, transumitur in formam publicam apodixa unciarum auri quatuor a collectore residui generalis subventionis solutarum Philippo de Flandria Comiti Theatino, et Laureti.

Per Berardum Iohannis Senebaldi Notarium Castri Spelturi.

N. 7.

Olim Arca E. Fasciculus 69, N. 7.

1293, *Aprilis* 23, *Indictione* 6, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno II. S. Germani.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno

Siciliae, ut exsequatur mandatum Caroli Patris sui, quod exscribitur, mandat Hugoni dicto Russo de Suliaco Capitaneo, et Iustitiario Aprutii, ut det Gualterio Caputo possessionem Casalis Cesuni, quod dicitur Caput Rivum, in Iustitiariatu Aprutii, ei concessi sub servitio unius militis.

N. 8.

Olim Arca K. Fasciculus 52, N. 29.

1293, *Maii* 7, *Indictione* 6, *Caroli Regis Hungariae*, *Principis Salernitani*, *Vicarii in Regno Siciliae anno II. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Hugoni dicto Russo de Suliaco Capitaneo, et Iustitiario Aprutii, ut recipiat Matthaeum de Palmerio Iudicem, et Assessorem, eique solvat quotannis uncias auri 32 ponderis parvi pro gagiis.

N. 9.

Olim Arca K. Fasciculus 43, N. 27.

1293, *Maii* 7, *Indictione* 6, *Venusii.*

Iohannes de Monte-forti Capitaneus Generalis in Regno Siciliae mandat Roberto de Cornay Iustitiario Basilicatae, ut non exigat ab Universitate Ansiae (1) aliud collectarum residuum, nisi generalis subventionis huius anni.

N. 10.

Olim Arca A. Fasciculus 86, N. 16.

1293, *Maii* 15, *Indictione* 6, *Caroli II. anno IX. Guasto-Aymone.*

Vicemgerens Hugonis Russi de Suliaco Capitanei, et Iustitiarii Aprutii, ut exsequatur mandatum Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae, admittit Matthaeum de Barulo ad officium Iudicis in suo Iustitiariatu.

Per Vastum Notarium Guasti-Aymonis.

---

(1) Terra Ansiae, quae est in Provincia Basilicatae, et memoratur a Falcone Beneventano ad an. 1131 certe tunc temporis concessa in pheudum fuit Girardo de Divort. Vid. Reg. sign. 1283, E. pag. 82 a t.

FASCICULUS XXXII.

N. 1.

Olim Arca D. Fasciculus 19, N. 17.

1293, *Maii* 17, *Indictione* 6, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno II. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Ursoni Pastori Magistro Massariarum Curiae in Capitanata, ut tradat Magistris Marescallarum, et Aratiarum Curiae in Apulia frumentum necessarium Scuteriis, et hordeum animalibus singillatim recensitis.

N. 2.

Olim Arca A. Fasciculus 89, N. 15.

1293, *Iunii* 6, *Indictione* 6, *Caroli II. anno IX. Trani.*

Portulani Trani, ut exsequantur mandatum Iohannis de Monteforti Capitanei Generalis in Regno Siciliae denuntiatum per litteras Henrici de Hervilla Secreti, Magistri Portulani, et Procuratoris, ac Magistri Salis Curiae in Apulia, quae exscribuntur, sinunt Gualterium Guidoni extrahere de portu Trani frumenti salmas 100 vehendas Brundusium sine iure exiturae.

Per Mangum Notarium Trani.

N. 3.

Olim Arca B. Fasciculus 83, N. 8.

1293, *Iunii* 17, *Indictione* 6, *Caroli II. anno IX. Ydronti.*

Commissarius Balduyni Tristayni Capitanei, et Iustitiarii Terrae Ydronti, ut exsequatur mandatum Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae, denunciatum per litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, iniungit Officialibus Ydronti singillatim recensitis, ut mense Iunii adeant Magistros Rationales ad reddendam officii rationem.

Per Robertum Bussam Notarium Ydronti.

N. 4.

Olim Arca A. Fasciculus 89, N. 3.

1294, (1293) (1) *Iunii 29, Indictione 6, Caroli II. anno IX. Fogiae.*

Andreas de Rapone, Procurator Armenti vaccarum, et bubalarum Curiae in S. Felicitate (2), post subhastationem, vendit Nicolao de Avitorio productiones praedicti armenti ad rationem recensitam.

Per Nicolaum Iudicis Peregrini Notarium Fogiae.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 30, N. 11.

1293, *Iulii 4, Indictione 6, Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno II. Adriae.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Hugoni dicto Russo de Suliaco Capitaneo, et Iustitiario Aprutii, ut restituenda curet Odorisio de Aversa quaedam bona pheudalia Castri Fronti, Roccae de Padulo, et Scalellae una cum fructibus, si iniuste fuerant a quodam Episcopo Aprutino (3), et Roberto de Fronto occupata.

---

(1) Vid. pag. 105, not. (1).

(2) Plura de Massariis Curiae dicta fuere Vol. I. pag. 6, not. (1), et pag. 153, not. (1). Et superius pag. 17, not. (1) *Gregariam* praedii rustici speciem fuisse docuimus, ubi grex nutritur. *Procurator* igitur *armenti* aliquid simile cum *Massario* habet, eiusque armenti, quod in praedio Regis custodiebatur, gerebat. Massariis autem quidam praefecti erant, qui *Magistri Massariarum* titulo donabantur. Ita in membran. Fasc. XVI. N. 8, et Fasc. XXVI N. 7, 8, et 9. Urso Pastor *Magister Massariarum Curiae in Capitanata*, et Fasc. XVI. N. 9. Riccardus de Troia *Magister Massarius Curiae in Terra-Bari* dicitur.

Productiones autem armenti in nostra membrana, earumque pretium his verbis exprimuntur. » Ad rationem de tarenis auri duobus ponderis generalis » pro qualibet pensa cabalcaseorum bubalinorum de tareno uno et granis quin» decim pro qualibet pensa recocti bubalini et de tarenis auri quatuor pro qua» libet pensa burri vel butiri bubalini nec non et ad rationem de unciis auri » duabus et tarenis tredecim pro qualibet miliari cabalcaseorum vaccinorum de » tarenis duobus pro qualibet pensa recocti vaccini et de tarenis tribus pro » qualibet pensa burri vel butiri vaccini.

(3) Episcopum Terami Aprutinum dictum fuisse docet Ughellius *Ital. Sacr.* Tom. I. col. 342, quia haec urbs erat totius Aprutinae Provinciae caput. Au-

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 55, N. 16.

1293, *Iulii* 18, *Indictione* 6, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno II. Sulmonae.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Hugoni dicto Russo de Suliaco Capitaneo, et Iustitiario Aprutii, ut donec ipse Boianum veniat, ubi 26 Iulii se futurum sperat, non exsequatur mandatum, quod exscribitur, et quo ei praecipiebat, ut adigeret homines Turris Montanariae, et Balentani ad redeundum in proprias Terras (1).

N. 7.

Olim Arca F. Fasciculus 6, N. 11.

1293, *Augusti* 3, *Indictione* 6, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno II. Theani.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Secretis Principatus, et Terrae-Laboris, ut de pecunia iurium, redituum, et proventuum Terrae Summae solvant Guillelmo de Peni, et Margaritae uxori eius annuam provisionem unciarum auri 40 a Carolo II. Patre suo eis concessam sub servitio duorum militum.

---

no 1293 Rogerius Episcopus erat Aprutinus, de quo vid. Ughel. loc. cit. Putaveram huius viri nomen membranam reticere, quia de re minus honesta, et Episcopali dignitati iniuriosa, nempe de usurpatione cuiusdam territorii, agitur. Sed in aliam sententiam eundum videtur; quum enim Carolus in hac membrana conqueratur de *quodam Episcopo*, nec tempus designet, quo usurpatio facta sit, facile in antecessores eius culpa reiicienda est; siquidem is paucis abhinc mensibus Praesul fuit renunciatus, pluresque antecessores habuit brevi temporis spatio Aprutinam Ecclesiam regentes.

(1) Notissima res est incolas quarumdam Terrarum, ut a Baronum vexationibus se eximerent, ad urbes Provinciae principes commigrasse. Aliunde ignotum non est id Baronibus displicuisse, quia terras incultas, domosque desertas non mediocri redituum, et iurisdictionis detrimento sibi relictas videbant; adeoque non raro hac de re coram Principe conquerebantur. Suspicamur itaque, immo ex ipsius membranae verbis eruimus, homines Turris Montanariae, et Balentani Theaten confugisse, et Baronem obtinuisse ab Rege mandatum Universitati Theatinae directum, ut illi sive transfugae, sive advenae ad patriam redirent. Porro Universitas, ne id praepropere exsequeretur, Syndicos elegit, per quos id se facturam promittit: interim aliqua mora ipsis hominibus conceditur, qua mandati revocationem possint ab Rege Boianum abeunte, obtinere.

N. 8.

Olim Arca B. Fasciculus 47, N. 15.

1293, *Augusti* 8, *Indictione* 6, *Caroli II. anno IX. Andriae:*

Iacob filius Goffridi de Guarino dat Antiochiae futurae uxori suae pro *vadia*, et *meffio augustales* auri 32; eique promittit pro *morgincapite* quartam partem bonorum suorum (1).

Per Stephanum Notarium Andriae.

N. 9.

Olim Arca H. Fasciculus 35, N. 7.

1293, *Augusti* 12, *Indictione* 6, *Melfiae.*

Iohannes de Monte-forti Capitaneus Generalis in regno Siciliae mandat Hugoni dicto Russo de Suliaco, ut solvat Symoni de Bonis

---

(1) Leges Longobardorum medio aevo passim in nostris regionibus locum obtinuisse in comperto est. Vid. Murat. Diss. XXII., et *Praefat. ad LL. Longob.* Id ex eo factum est, quod legum Romanarum Codices temporum barbarie vel deperditi, vel obliti omnino fuere; ita ut traditione potius, quam lege scripta uti necesse fuerit iis, qui legibus Romanorum vivere vellent. His accedit quod ius Romanum pheuda, utpote sequioris aevi inventum, non agnoverit; ac propterea quae ad pheuda spectabant, non aliis regulis, quam ab iure Longobardico traditis decerni debebant. Et licet Fridericus II., et successores Reges plures Constitutiones ediderint, tamen hae, ut optime animadvertit Grotius *Prolegom. ad Hist. Got.* pag. 64. pene omnes fluunt e legibus Longobardorum. Hinc non modo sub Suevis, sed et sub Andegavensibus primis Regibus liberum fuit Regni nostri incolis vel Legibus Longobardicis, vel Romanis uti, immo illae tanta auctoritate pollebant, ut passim litibus diiudicandis in foro adhiberentur. Vid. Innoc. III. *in Cap. Raynutius de Testam.*, et Peregrin. *Hist. Princ. Longob.* tit. III. Quare plures celebresque tunc temporis Icti suam operam contulerunt, ut eas explicarent. Sic Carolus de Tocco sub Gulielmo, Andreas Bonellus sub Frederico, et Blasius de Morcone sub Roberto eas illustrarunt. Nec nisi sub Iohanna I. hae Romanis legibus cesserunt, ope praesertim Lucae de Penna, qui anno 1366 Iudex creatus est, et plura contra Ius Longobardicum, ut Romani praestantiam ostenderet, scripsit: ac tandem sub Aragonensibus, ut testatur Matthaeus de Afflicto, omnem auctoritatem amiserunt.

His probe perspectis mirum non est si nostra membrana nuptiale instrumentum secundum Longobardorum Leges confectum exhibeat. Voces autem *Guadia*, et *Meffium* indicant *pignus*, vel *sponsionem* Vid. Vol. I. pag. 172, not. (2): *Morgincaput* est munus, quod uxori primo die nuptiarum a viro dabatur.

De Augustalibus vide quae scripsimus Vol. I. pag. 170, not. (2).

Provisori Castrorum Aprutii gagia eius, Notariorum, Capellani, Castellanorum, ac Servientium ad rationem recensitam.

N. 10.

Olim Arca B. Fasciculus 39, N. 17.

1293, *Augusti* 30, *Indictione* 6, *Caroli II. anno IX. Piscariae.*

Petentibus Statutis super officio salis Curiae in Aprutio, Iudex et Notarius per testium depositiones declarant, custodes singillatim recensitos continenter moratos fuisse ad suum munus obeundum.
Per Manfridum Notarii Mathaei Notarium Piscariae.

FASCICULUS XXXIII.

N. 1.

Olim Arca C. Fasciculus 55, N. 7.

1294, (1293) (1) *Augusti* 30, *Indictione* 6, *Caroli II. anno IX. Fogiae.*

Petentibus Massariis Curiae in Salsiburgo, Iudex, et Notarius declarant boves singillatim recensitos morbo pulmonario interiisse, ac eorum carnes comedi non posse.
Per Nicolaum Iudicis Peregrini Notarium Fogiae.

N. 2.

Olim Arca C. Fasciculus 34, N. 2.

1294, (1293) *Augusti* 31, *Indictione* 6, *Caroli II. anno IX. Fogiae.*

Procurator Gregariae ovium Curiae in Fogia, post subhastationem, vendit Americo Christiano novello fructus Massariarum Curiae ad rationem singillatim recensitam.
Per Nicolaum Iudicis Peregrini Notarium Fogiae.

---

(1) Huic membranae, et duabus insequentibus annum 1293 adscripsimus iisdem de caussis, quas recensuimus pag. 105, not. (1).

N. 3.

Olim Arca C. Fasciculus 87, N. 12.

1294, (1293) *Septembris* 1, *Indictione* 7, *Caroli II. anno IX. Venusii.*

Universitas Venusii, ut exsequatur litteras Roberti de Cornay Iustitiarii Basilicatae, eligit Magistrum Iuratum pro anno supradicto.

Per Thomam Notarium Venusii.

N. 4.

Olim Arca A. Fasciculus 81, N. 7.

1293, *Septembris* 5, *Indictione* 7, *Caroli II. anno IX. in Monte-Casino.*

Baiuli S. Germani, ut exsequantur litteras Berterandi Arcus Iustitiarii Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, quae exscribuntur, declarant nulla bona invenisse pertinentia ad Benedictum filium Lucae contumacem.

Per Nicolaum Magistri Pauli Notarium S. Germani, et totius Abbatiae Cassinensis (1).

N. 5.

Olim Arca K. Fasciculus 81, N. 6.

1293, *Septembris* 5, *Indictione* 7, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno II. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Roberto de Cornay Iustitiario Basilicatae, ut

(1) Qui fines ditionis Monasterii Cassinensis scire cupiat, adeat Gattolam *De orig. et progressu Iurisdictionis Monasterii Cassinensis*, et eiusdem *Descript. Ditionis Cassinensis*. Is etiam ex monumentis anni 1268, et 1269 refert a Cassinensi Abbate tum Notarios creatos fuisse, tum Protonotarium universae Cassinensis ditionis. Vid. Vol. I. pag. 307, Venet. 1734. Quum autem legamus Nicolaum Magistri Pauli fuisse Notarium *totius abbatiae Cassinensis*, putamus huiusmodi titulum Protonotario respondere.

singulae Universitates Demanii suae inrisdictionis eligant Iudices, et Magistrum Iuratum pro anno VII. Indictionis.

N. 6.

Olim Arca A. Fasciculus 89, N. 19.

1293, *Septembris* 6, *Indictione* 7, *Caroli II. anno IX. Manfridoniae.*

Petente Balduyno de Surclis Castellano Castri Manfridoniae, Iudex, et Notarius declarant ipsum die 14 Iulii coepisse exercere hoc officium.

Per Nicolaum Notarium Manfridoniae.

N. 7.

Olim Arca A. Fasciculus 85, N. 7.

1293, *Septembris* 6, *Indictione* 7, *Caroli II. anno IX. S. Flaviani.*

Universitas Sancti Flaviani eligit Iudices pro anno supradicto.
Per Matheum Iudicis Gentilis Notarium S. Flaviani.

N. 8.

Olim Arca B. Fasciculus 54, N. 16.

1293, *Septembris* 9, *Indictione* 7, *Caroli II. anno IX. Acherontiae.*

Universitas Acherontiae, ut exsequatur litteras Roberti de Cornay Iustitiarii Basilicatae, eligit Magistrum Iuratum pro anno supradicto.
Per Sylvestrum de Thomasio Notarium Acherontiae.

N. 9.

Olim Arca B. Fasciculus 23, N. 4.

1293, *Septembris* 24, *Indictione* 7, *Caroli II. anno IX. Pennae de Luce.*

Universitas Pennae-Lucis, ut exsequatur litteras Hugonis dicti Russi de Suliaco Capitanei, et Iustitiarii Aprutii, eligit Iudices pro anno supradicto.
Per Philippum Rogerii Notarium Pennae de Luce.

N. 10.

Olim Arca C. Fasciculus 87, N. 14.

1293, *Septembris* 28, *Indictione* 7, *Caroli II. anno IX. Piscariae.*

Universitas Piscariae, ut exsequatur litteras Hugonis dicti Russi de Suliaco Capitanei, et Iustitiarii Aprutii eligit Iudices pro anno supradicto.

Per Angelum Magistri Angeli Notarium Piscariae.

FASCICULUS XXXIV.

N. 1.

Olim Arca H. Fasciculus 3, N. 7.

1293, *Octobris* 8, *Indictione* 7, *Baroli.*

Iohannes de Monte-forti Capitaneus Generalis in Regno Siciliae mandat Hugoni dicto Russo de Suliaco Capitaneo, et Iustitiario Aprutii, ut solvat quibusdam mercatoribus de societate Bacursorum (1) uncias auri 200.

N. 2.

Olim Arca G. Fasciculus 23, N. 14.

1293, *Octobris* 12, *Indictione* 7, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno II. Trani.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Hugoni dicto Russo de Suliaco Capitaneo, et Iustitiario Aprutii, ut de pecunia Tertii impositi in provincia Aprutina retineat uncias auri 100 ipsi a Carolo II. concessas.

---

(1) Insignis societas Bonaccursorum breviato nomine Bacursorum dicebatur.

N. 3.

Olim Arca C. Fasciculus 34, N. 11.

1293, *Octobris* 15, *Indictione* 7, *Caroli II. anno IX. Sulmonae.*

Iuratus Sulmonae, ut exsequatur litteras Hugonis dicti Russi de Suliaco Capitanei, et Iustitiarii Aprutii, quae exscribuntur, forbannit Vetutium Magistri Sulmontini, et Iohannem de Villa, eorumque bonorum mobilium tertiam quidem partem vendit tareno 1, et granis 10, reliqua vero cum stabilibus adnotat pro Curia, quia citati non comparuerant.

Per Angelum Iohannis Mancini Notarium Sulmonae.

N. 4.

Olim Arca C. Fasciculus 89, N. 7.

1293, *Novembris* 18, *Indictione* 7, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno II. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Hugoni dicto Russo de Suliaco Capitaneo, et Iustitiario Aprutii, ut solvat Matthaeo de Adria Thesaurario uncias auri 200 ponderis generalis mittendas ad Carolum II.

N. 5.

Olim Arca C. Fasciculus 81, N. 17.

1293, *Novembris* 18, *Indictione* 7, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno II. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Rostayno de Agoto Iustitiario Capitanatae, ut protinus colligat pecuniam, quam ex mandato Caroli II. nonnulli Barones solvere debebant pro opere teridarum.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 19, N. 9.

1293, *Novembris* 20, *Indictione* 7, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno II. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Rostayno de Agoto Iustitiario Capitanatae, ut solvat quotannis Florio de Venusio Magistro Araciarum Roberti Comitis Atrebatensis (1) solidos (2), et expensas pro *Iumentariis*, *Marescalco*, *Curaculo*, *Notario*, *Scuteriis*, *et equis* ad rationem recensitam.

---

(1) *Aratiae* Comitis Atrebatensis in Basilicata viguere; quum mandatum Caroli Vicarii ad Iustitiarium Basilicatae missum legatur. Plures autem fuerunt equorum *aratiae* in Regno; nondum enim Itali eo furoris devenerant, ut equos indigenas exoticis posthaberent; immo videmus Gallos ipsos equorum greges in nostro Regno habere. Id autem factum putamus, non ut emolumentum ex ipsis caperent, sed quia sciebant nostros equos generosiores exteris reputari, et tam ardenter in aliis regnis exoptari, ut eorum extractio postmodum vetita fuerit. Porro nostri Proreges bellorum sumptibus perferendis satis impares, magis aerarii, quam populi utilitatibus consulentes, equos alibi emptos, et quidem minori pretio, ad belli usum Neapolim transferendos mandarunt. Vid. *Stato della dogana di Puglia* Tom. I. pag. 10, Nap. 1781. Qua data porta, mos irrepsit, ut equos pluris emptos magnates ad luxum, et pompam suam coëmendos curarint, magno aratiarum, et aerarii ipsius detrimento.

Voces autem technicae, quae in membrana leguntur, hae sunt: *Marescalcus* est Praefectus equorum. Vid. Cluver. *German. antiq.* lib. I. cap. 8. Huic subditi erant *Iumentarii*, sive qui pascunt iumenta. Vid *Chron. Farfens.* apud Murat. Tom. II. part. 2. col. 439, et *curaculi*, sive *curaguli*, qui eorum curam gerebant. Tandem *Notarius*, *Scuterii*, et *equi* ad aratiarum Magistrum pertinebant; legimus enim « pro solidis unius Notarii deputati cum eo ad scri- » bendum rationes dicti officii sui et pro expensis suis duorum scuteriorum et » trium equorum suorum ».

Tandem qua de caussa Regni Vicarius *solidos et expensas aratiarum* Comitis Atrebatensis, qui uti privatus homo iam exauctoratus privatam industriam gerebat, *de quacumque fiscali pecunia* solvi praecipiat, in membrana non legimus; factum autem putamus, vel quia hae aratiae tunc temporis ad Regem pertinebant, vel quia ipse Comes Consanguineus Regi erat, vel tandem quia Curia nonnulla ipsi Comiti debebat.

(2) Nunc primum in hac sylloge vox solidos pro stipendio, seu gagio accipitur; alibi enim nummum significat eo nomine insignem. Vid. Vol. I. pag. 21, not. (1).

N. 7.

Olim Arca H. Fasciculus 37, N. 1.

1293, *Decembris 4, Indictione 7, Spinaciolae.*

Iohannes de Monte-forti Capitaneus Generalis in Regno Siciliae mandat Ansaldo de Lavandaria Capitaneo Aquilae, ut recipiat Henrieum de Cryptulis Thesaurarium, et Actorum Notarium, eique, ac Scriptori solvat tarenos auri 2, et granos 10 ponderis generalis per diem pro gagiis.

N. 8.

Olim Arca D. Fasciculus 35, N. 20.

1293, *Decembris 6, Indictione 7, Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno II. Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Capitaneo, et Iustitiario Aprutii, ut de unciis 2500, quas pro expensis Regii hospitii tradere debebat, exhibeat uncias auri 1500 ponderis generalis Iohanni Latro, et Mathaeo de Madio, ut possent necessaria comparare pro suo itinere ad Romanam Curiam (1).

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 12, N. 7.

1293, *Decembris 15, Indictione 7, Caroli II. anno IX. Marsiae.*

Hugo dictus Russus de Suliaco Capitaneus, et Iustitiarius Aprutii, ut exsequatur mandatum Iohannis de Monte-forti Capi-

---

(1) Non alia de caussa Carolum Vicarium ad Romanam Curiam iturum fuisse putamus, nisi ut Cardinales in electione Summi Pontificis iamdiu dissidentes componeret. Novimus enim quanto studio Andegavenses Reges, quoties novus Pontifex eligendus esset, adlaboraverint, ut aliquis eorum amicus ea dignitate augeretur. Novimus etiam mortuo Nicolao IV. Prid. Non. Apr. 1292 Ecclesiam diu, scilicet usque ad V. Id. Iul. 1294, Pastore caruisse. Haec igitur caussa fuit, ut Carolus Romam petierit; quod et postmodum evidentius patebit.

tanei Generalis in Regno Siciliae, recipit Stipendiarios singillatim recensitos.

Per Berardum Angeli Notarium Marsiae.

N. 10.

Olim Arca B. Fasciculus 23, N. 3.

1294, (1293) (1) *Decembris* 28, *Indictione* 7, *Caroli II. anno X. Ydronti.*

Commissarius Petri Pilecti Iustitiari Terrae-Ydronti, ut exsequatur litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, forbannit Nicolaum de Stephano, et declarat nulla bona ad ipsum pertinentia invenisse.

Per Nicolaum dictum de Mauro Notarium Ydronti.

FASCICULUS XXXV.

N. 1.

Olim Arca B. Fasciculns 20, N. 6.

1294, *Februarii* 5, *Indictione* 7, *Caroli II. anno X. Termulis.*

Rostaynus de Agoto Iustitiarius Capitanatae, ut exsequatur mandatum Iohannis de Monte-forti Capitanei Generalis in Regno Siciliae, quod exscribitur, recipit Stipendiarium Iohannem Bovillonum.

Per Nicolaum de Angelo Notarium Termularum.

N. 2.

Olim Arca B. Fasciculns 6, N. 7.

1294, *Aprilis* 26, *Indictione* 7, *Caroli II. anno X. Neapoli* (2).

Rex mandat Iustitiario Capitanatae, nt inquirat an Abbates Monasterii Sanctae Mariae de Neritone, et Monasterii de Ferraria soliti

---

(1) Mense Decembris 1294 non Petrus Pilecti, sed Rogerius de Carpiniano erat Iustitiarius Terrae-Ydronti Vid. Fascic. XXXVIII. N. 6. Hinc nostra membrana anno 1293 scripta fuit; uti et reliquae notae Chronologicae ostendunt.

(2) Haec prima membrana est, quam Carolus II. e Gallia rediens Neapoli scribit. Regis reditum initio huius anni accidisse scimus, quum Prid. Kal. Ian. 1294 Aquis scripserit. Vid. Fasc. XXXIX. N. 6. Idque magis confirmat quod pag. 114, not. (1) scripsimus.

fuerint affidaturas (1) pro eorum animalibus percipere sine aliqua pecuniae solutione in *territoriis* Trium Sanctorum, et Corrigiae Troianae pertinentibus ad Adam de Dussiaco electum Regni Siciliae Cancellarium.

Per Bartholomaeum de Capua Protonotarium Regni Siciliae.

N. 3.

Olim Arca B. Fasciculus 56, N. 5.

1294, *Aprilis* 28, *Indictione* 7, *Caroli II. anno X. Neapoli.*

Rex mandat Episcopo Cannensi (2), et Iustitiario Capitanatae, ut post inquisitionem faciant restituere Monasterio S. Iohannis in Lamis quidquid Petrus Panecterius Vicarius Terrarum, quas Clementia Regina Hungariae (3) possidebat in Casali Candelarii, usurpaverat.

Per Bartholomaeum de Capua Protonotarium Regni Siciliae.

---

(1) *Affidatura*, vel *affidatio* est licentia pascendi animalia in pascuis, certis conditionibus data. Vid. *Constitut. Sicul.* tit. XXXVIII. lib. 3, et chart. Caroli Reg. Sic. an. 1277 apud Ughel. Tom. VII. pag. 807, et 1072. Huius vocis significatio confirmatur per nostram membranam. De Monasterio autem S. Mariae de Neritone sermo est in Reg. sign. 1284 C. fol. 58; et de Monasterio Ferraria in Reg. sign. 1270 B. fol. 89 a t.°, et 1284 C. fol. 23 a t.°, quorum Monasteriorum inter bona erat *affidatura*, uti per plura saecula aliis Monasteriis, locisque obtigisse notissima res est.

(2) Anno 1294 Theobaldus erat Cannensis Episcopus. Vid. Ughel. *Ital. Sacr.* Tom. VII. col. 796, Venet. 1721. Qui et probat eamdem Ecclesiam Episcopos habuisse usque ad an. 1455, quo tempore a Callisto III. Pontifice Ecclesiae Nazarenae coniuncta fuit.

(3) Istaec filia Regis quaenam fuerit, a nostris potius diplomatis, quam ab Historicis, qui eam vel omnino praetereunt, vel cum alia temere confundunt, disces. Capecelatrus *Istor. della Città, e Regn. di Nap.* Tom. II. pag. 200, Nap. 1769 Clementiam memorat filiam Caroli I., quae nupsit Ladislao Hungariae Regi. Haec autem non Clementia, sed Elisabeth vocatur in Reg. sign. 1269 D. fol. 29, et non filia, sed soror Caroli II. fuit; ac propterea ad nostram membranam non pertinet. Altera Clementia fuit filia Caroli II. Vid. Constant. lib. III, quam Giannonius lib. XXI. cap. 3 modo Clementiam, modo Margaritam adpellat. At haec numquam Reginae Hungariae titulum obtinuit: fuit enim uxor Caroli de Valois. Idem Capecelatrus loc. cit. tertiam hoc nomine insignem, Caroli Martelli uxorem, eamque filiam Rodulphi Romanorum Imperatoris commemorat: quod et confirmat lapis eius tumulo in Cathedrali Neapolitana impositus, quem refert Parinius *Teatro de' Viceré* Tom. I. pag. 263. Verum utriusque auctoritati refragatur Tristanus Caracciolus in *Genealogia Caroli I.*, et Anonymus Auctor *Historiae Neapolitanae* in princip., qui non aliam uxorem Carolo Martello, nisi Elisabeth tribuunt. Attamen in his ambagibus ad diplomata confugimus, ex quibus haec eruimus. I. Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, et Vica-

N. 4.

Olim Arca A. Fasciculus 89, N. 6.

1294, *Maii 4*, *Indictione 7*, *Caroli II. anno X. Neapoli.*

Rex mandat Episcopo Cannensi, et Iustitiario Capitanatae, ut una cum Notario Andrea de S. Severo inquirat quinam fuerint fines Casalis Facioli (1), quod pertinet ad Monasterium S. Iohannis in Lamis, et

---

rius in Regno Siciliae *die XXV. Augusti V. Indictionis* (1292) mandat Petro de Guinsae Vicario in Principatu, et Stratigoto Salerni, ut solvat uncias 49, tarenos 4, et granos 2 Mociae Raynaldi « pro certis localibus et rebus » emptis per eum in ultramontanis partibus ad opus Clementie Regine Hun» garie consortis nostre Carissime. Vid. Reg. sign. 1272, E. fol. 114. II. Diploma ab ipsa Clementia datum *die penultimo Augusti V. Indictionis* (1292) sic incipit: « Clementia Illustris Regis Romanorum filia dei gratia Regina Ungarie » Principissa Salernitana et Honoris Montis S. Angeli domina. Vid. Reg. sign. 1272, C. fol. 115. III. In eodem Reg. sig. 1272, E. fol. 182, ad 184 a t. plura habes diplomata scripta a V. Kal. Decemb. VI. Indictionis (1292) ad XVII. Kal. Febr. VI. Indictionis (1293), quae sic incipiunt: « Clementia clare memorie Illu» stris Regis Romanorum filia Dei gratia Regina Ungarie Principissa Salernitana et » Honoris Montis S. Angeli domina. Ex quo etiam patet Rodulphum Imperatorem inter III Kal. Septemb, et V. Kal. Decemb. 1292. supremum obiisse diem. Inter haec diplomata unum habes fol. 182, quod possessiones ipsius Clementiae memorat: ipsa enim sic scribit: » Iudici Roberto Domini Ademarii de Nuceria » Christianorum devoto suo etc. De fide prudentia et legalitate tua ab experto » plenarie confidentes te Vicarium nostrum super omnibus redditibus et pro» ventibus bonorum diete Terre nostre Nucerie quam Princeps Inclitus Do» minus Carolus Illustris Ierusalem et Sicilie Regis Primogenitus Dei gratia Rex » Hungarie Princeps Salernitanus et Honoris Montis S Angeli Dominus ac eius » in Regno Sicilie Vicarius Generalis vir noster carissimus pro dodario et no» mine dodarii de mandato dicti domini genitoris sui nobis gratiose donavit » ac concessit amoto inde quolibet alio usque ad nostrum beneplacitum duxi» mus statuendum. » Et in alio diplomate pag. 184 ipsa loquitur » de iuribus red» ditibus et proventibus existentibus in Caserta et pertinentiis eius.

Quae quum ita se habeant, quis negaverit hanc Romanorum Imperatoris filiam intelligi in nostra membrana? Vides enim Clementiam heic vocari *Reginam Hungariae*, quia Carolo Regi Hungariae nupserat; simulque dici filiam Caroli II., quia eius nurus erat, ac propterea filia de more adpellabatur. Neque mirum est, si eius notitiae admodum rarae sint, et Historicos fefellerint; quum vita huius Hungariae Regis perbrevis fuerit, et eius uxor in Hungariam redierit, uti suo loco observabimus.

(1) Casale Facioli pheudum erat Monasterii S. Iohannis in Lamis; nam in donatione facta Carolo Principi Salernitano haec Terra, uti ad illud pertinens, recensetur. Vid. *Lib. Donation. Caroli I.* an. 1269, fol. 106 a t.°, et 107. Controversiam autem inter Clementiam Reginam Hungariae, et hoc Monasterium Rex definiendam commisit Episcopo Cannarum, et Iustitiario Capitanatae, uti habes ex Repertorio Sigismundi Sicolae, qui id eruisse testatur ex Reg. sign. 1309 B. fol. 155, cuius iacturam pertulit anno 1701 nostrum tabularium.

Casalis Candelarii, quod pertinet ad Clementiam Regiam Hungariae, eisque apponat lapides terminales.
Per Bartholomaeum de Capua Protonotarium Regni Siciliae.

N. 5.

Olim Arca K. Fasciculus 41, N. 1.

1294, *Maii* 19, *Indictione* 7, *Caroli II. anno X. Neapoli.*

Rex mandat Adenulpho Pandono Iustitiario Principatus, ut det Iohanni Mansellae possessionem Castri Roccae de Gloriosa, quod ei concesserat, eumque ab hominibus dicti Castri faciat assecurari.
Per Bartholomaeum de Capua Protonotarium Regni Siciliae.

N. 6.

Olim Arca A. Fasciculus 92, N. 7.

1294, *Maii* 20, *Indictione* 7, *Caroli II. anno X. Neapoli.*

Rex mandat Henrico de Hervilla, et Nicolao de S. Iohanne Rotundo Secretis, Magistris Portulanis, et Procuratoribus Apuliae, ut sinant Rostaynum Cantelmi Capitaneum Neapolis extrahere de portubus Apuliae eam frumenti copiam, cuius ius exiturae ad rationem unciarum auri 9, et tarenorum 3 pro singulis 100 salmis responderet unciis 137, tarenis 19, et granis 17 debitis ipsi Capitaneo.
Per Magistros Rationales.

N. 7.

Olim Arca B. Fasciculus 3, N. 5.

1294, *Maii* 22, *Indictione* 7, *Caroli II. anno X. Melfiae.*

Iuratus Melfiae, ut exsequatur Capitulum litterarum Roberti de Cornay Iustitiarii Basilicatae, quod exscribitur, declarat unciam 1, et tarenos 7 et medium solutam esse Curiae ab Iudicibus pro officio Iudicatus, et tarenos 12 pro litteris.
Per Nicolaum de Conrado Notarium Melfiae.

N. 8.

Olim Arca C. Fasciculus 35, N. 13.

1294, *Iunii* 8, *Indictione* 7, *Caroli II. anno X. Neapoli.*

Rex mandat Rostayno de Agoto Iustitiario Capitanatae, ut statim solvat Magistro Alberico de Verberia Canonico Trecensi Thesaurario Caroli Primogeniti sui, Regis Hungariae, uncias auri 250 pro expensis hospitii dicti Regis.

Per Magistros Rationales.

N. 9.

Olim Arca B. Fasciculus 45, N. 16.

1294, *Iunii* 12, *Indictione* 7, *Caroli II. anno X. Baroli* (1).

Rex mandat Capitaneo Aquilae, ut compellat Nicolaum de Insula ad restituendum Onuphrio dicto Papae Rectori Ecclesiae S. Severi Aquilanae Dioecesis fructus ad eamdem Ecclesiam pertinentes, et ab eo indebite exactos per biennium.

Per Bartholomaeum de Capua Protonotarium Regni Siciliae.

N. 10.

Olim Arca H. Fasciculus 16, N. 4.

1294, *Iunii* 26, *Indictione* 7, *Caroli II. anno X. Fogiae.*

Hippolytus Carpenterius, et Margarita eius uxor donant Domui Sacrae Militiae Templi in Fogia omnia bona sua, retento usufructu.

Per Nicolaum Iudicis Peregrini Notarium Fogiae.

---

(1) Iter a Carolo II. post suum a Gallia reditum provide susceptum, ut quasdam regni sui Provincias inviseret, Historici nullibi, quod sciam, memorant. Verum eius notitias membranae suppeditant, si eorum seriem diligenter inspiciamus. Etenim Carolum II. usque ad VI. Id. Iun. 1294 Neapoli commoratum fuisse scimus ex membr. Fascic. XXXV. N. 8. Prid. Id. Iun. erat Baroli. Vid. Fasc. XXXV. N. 9. Deinde XII. Kal. Iul. mansit Bari. Vid. Fascic. XXXVI. N. 7. Postea VI. Id. Iul. Melphiae. Vid. Fasc. XXXVI. N. 1. Mox a XII. ad VI. Kal. Aug. degit Sulmone. Vid. Fasc. XXXVII. N. 5, et Fasc. XL. N. 3; Denique postrid. Id. Aug. invisit Aquilam. Vid. Fasc. XXXVI. N. 2. Porro in hac civitate VI. Non. Octob. adhuc erat. Vid. Fascic. XXXIX. N. 8; quod factum censemus, ut cum Petro Caelestino Pontifice plura ageret. Vid. Raynald. ad an. 1294.

*

FASCICULUS XXXVI.

N. 1.

Olim Arca A. Fasciculus 81, N. 19.

1294, *Iulii* 10, *Indictione* 7, *Caroli II. anno X. Melfiae.*

Rex mandat Iustitiario Capitanatae, et Aerario, ut solvant militibus, et Scutiferis Stipendiariis singillatim recensitis gagia duorum mensium ad rationem unciae auri 1, et tarenorum 10 ponderis generalis pro milite, et tarenorum 20 pro scutifero, per singulos menses.

Per Magistros Rationales.

N. 2.

Olim Arca K. Fasciculus 44, N. 19.

1294, *Augusti* 14, *Indictione* 7, *Caroli II. anno X. Aquilae.*

Rex mandat Iustitiario Capitanatae, ut adsignet Philippo Principi Tarentino filio suo, Vicario in Regno Siciliae (1) totam pecuniam doni ab Universitatibus oblati, et ab ipso exigendi.

Per Magistros Rationales.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 2, N. 9.

1294, *Augusti* 14, *Indictione* 7, *Caroli Regis Hungariae* (2), *Principis Salernitani anno III. Aquilae.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus mandat Riccardo

---

(1) Philippus Princeps Tarentinus inter filios Caroli II. quarto loco recensetur in *Genealog. Car. I.*; sed Historici de eo dormitantes scripsisse videntur. Raynaldus enim, qui de eius Vicariatu accuratius scribit, huius initium statuit anno 1295. Verumtamen ex praesenti, et sequentibus membranis colligimus Carolum II. cum eius filio Carolo Martello e regno discedentem postr. Id. Augusti 1294 Iam Philippum Vicarium reliquisse; qui denuo hoc munere functus est, quum Pater Neapolim rediens, ibique plures dies commoratus, rursum profectus est, ut in Galliam contenderet. Concessionem autem Principatus Tarentini a Carolo II. Philippo factam prid. Non. Febr. 1294 legimus in Reg. sign. 1294 M. fol. 10 a t.

(2) Post membranam Fascic. XXXIV. N. 8, in qua Vicarii titulum memorat Rex Hungariae, nulla alia occurrit, nisi praesens, ubi hunc consulto omit-

de S. Dionysio Vicario suo in diversis Terris (1), ut congregatis more solito ipsorum Universitatibus faciat eligi Iudices pro anno proximae VIII. Indictionis, et recipiat ab unoquoque ipsorum pecuniam pro litteris, et pro officio Iudicatus.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 69, N. 2.

1294, *Augusti 22*, *Indictione 7*, *Caroli II. anno XI. Trani.*

Portulani Trani, ut exsequantur litteras Henrici de Hervilla Magistri Portulani, et Procuratoris Aprutii, et Nicolai de S. Iohanne Rotundo Secreti, Magistri Portulani, et Procuratoris, ac Magistri Salis Curiae in Apulia, quae exscribuntur, sinunt Mercatores de Societatibus Aczarellorum, Bardinorum, et Micciorum de Florentia peculiariter memoratos extrahere de portu Trani fabarum salmas 150, soluto iure exiturae ad rationem unciarum 4, tarenorum 6, et granorum 10 pro singulis 100 salmis.

Per Peregrinum Notarium Trani.

N. 5.

Olim Arca M. Fasciculus 13, N. 41.

1294, *Augusti 23*, *Indictione 7*, *Caroli II. anno X. Aquilae.*

Rex mandat Berterando Arcus Iustitiario Terrae-Laboris, ut solvat Bartholomaeo de Capua Protonotario Regni Siciliae uncias auri 100 pro suis gagiis.

Per Magistros Rationales.

---

tit. Nimirum Carolus II. eius pater ex Gallia iam redierat, uti monuimus pag. 135, not. (2). Rex autem Hungariae Aquilae scribit, ubi una cum Carolo II. eius Patre morabatur, ut Pontifici Petro Coelestino nuper electo officium suum praestaret. Vid. Raynald. ad an. 1294.

(1) Terrae, quae in membrana recensentur, sunt Honor Montis S. Angeli, Comitatus Alexinae, Manfridoniae, et Andriae. Hae Terrae a Carolo II. concessae fuerant Carolo Regi Hungariae, et Vicario Regni: diploma legebatur in Reg. 1294, et 1295 A., quod deperiit. Regia autem dignitas omnino postulabat, ut in his Terris Vicarium haberet.

N. 6.

Olim Arca B. Fasciculus 13, N. 12.

1294, *Septembris* 3, *Indictione* 8, *Caroli II. anno X. Aquilae.*

Rex mandat Iustitiario Capitanatae, ut faciat assecurari Floresiam filiam quondam Guillelmi de Catellis, et Rogerium de Ponte virum suum ab hominibus terrae pheudalis, quam acceperant ab Iohanne Terzarello, et Monasterio S. Sophiae de Benevento salvis iuribus Benedicti de Catellis, cum quo lis erat.

Per Locumtenentes Protonotarii.

N. 7.

Olim Arca B. Fasciculus 16, N. 9.

1295, (1294) (1) *Septembris* 4, *Indictione* 8, *Caroli II. anno X., et Philippi Principis Tarentini Regis Filii anno I. Ydronti.*

Commissarius Henrici de Hervilla Secreti, Magistri Portulani, et Procuratoris, ac Magistri Salis Curiae in Apulia, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras ipsius Secreti, quae exscribuntur, tradit Perrocto de Hugot Casalia Andrani, et Castilioni in Iustitiariatu Terrae-Ydronti, quae ab ipso Secreto uti Balio hactenus procurata fuerant ob minorem illius aetatem.

Per Raonem Notarium Ydronti.

---

(1) Mandatum Caroli II., quod in hac membrana exscribitur, datum est *anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto die vicesimo Iunii septime indictionis;* eiusque exsequutio ne diu differretur, res postulabat; hinc nostra membrana non anno 1295, sed 1294 scripta fuit; praesertim quum reliquae notae Chronologicae id evincant. Accedit quod Rao Notarius Ydronti anno Pisano utebatur. Vid. Fascic. VII. N. 8. Tandem mense Septembris 1295 non primus, sed secundus annus Principatus Philippi numerabatur; siquidem is Principatum Tarentinum obtinuit prid. Non. Febr. 1294. Vid. pag 140, not. (1).

N. 8.

Olim Arca H. Fasciculus 26, N. 3.

1295, (1294) *Septembris* 5, *Indictione* 8, *Caroli II. anno X. Vigiliis.*

Henricus de Hervilla, et Nicolaus de S. Iohanne Rotundo Secreti, Magistri Portulani, Procuratores, ac Magistri Salis Curiae in Apulia, post subhastationem, et fideiussionem locant Cabellam Baiulationis Vigiliarum cum suis iuribus Stephano de Sir Silvestro, et Iudici Mauro unciis auri 86, pro supradicto anno.

Per Maurum Paschalem Notarium Vigiliarum.

N. 9.

Olim Arca B. Fasciculus 23, N. 6.

1295, (1294) (1) *Septembris* 6, *Indictione* 8, *Caroli II. anno X. Baroli.*

Petente Henrico de Hervilla una cum Nicolao de S. Iohanne Rotundo Secreto, Magistro Portulano, Procuratore, ac Magistro Salis Curiae in Apulia, transumitur in formam publicam mandatum Regium, quo praecipitur, ut adsignet duobus militibus ab hostibus excaecatis granos auri 12 per diem, donec cunctis mutilatis provisum fuerit.

Per Thomasium Notarium Baroli.

N. 10.

Olim Arca H. Fasciculus 20, N. 7.

1294, *Septembris* 9, *Indictione* 8, *Venusii.*

Philippus Princeps Tarentinus filius Caroli II., et Vicarius in Regno Siciliae mandat Henrico de Hervilla, et Nicolao de S. Iohanne Rotundo Secretis, Magistris Procuratoribus, Portulanis, ac Magistris Salis Curiae in Apulia, ut iuxta Regiam concessionem, solvant quo-

(1) Thomasius Notarius Baroli anno Pisano utitur etiam in membr. Fascic. VII. N. 2, et Fascic. XXXI. N. 3.

tannis Iohanni Quallerio uncias auri 100, donec ei adsignetur Terra eiusdem valoris.

Per Magistros Rationales.

FASCICULUS XXXVII.

N. 1.

Olim Arca A. Fasciculus 83, N. 1.

1295, (1294) (1) *Septembris* 10, *Indictione* 8, *Caroli II. anno X. Baroli.*

Henricus de Hervilla Secretus, Magister Portulanus, et Procurator, ac Magister Salis Curiae in Apulia, post subhastationem, et fideiussionem locat Iohannarello de Terreno Cabellam Salinarum Canarum, Manfridoniae, et Salparum unciis auri 620.

Per Iohannem de Cantore Notarium Baroli.

N. 2.

Olim Arca B. Fasciculus 50, N. 20.

1294, *Septembris* 11, *Indictione* 8, *Caroli II. anno X. Aquilae.*

Rex mandat Henrico de Hervilla Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori Apuliae, ut in extractione victualium praeferat per dies 15 Henricum Comitem Vademontis, eumque eximat ab iure exiturae, retento tamen pheudali servitio ad rationem unciarum 5, et carolenorum 15 pro quolibet servitio militari; licet in praecedenti mandato, quod exscribitur, alios praeferendos praeceperit.

Per Magistros Rationales.

N. 3.

Olim Arca C. Fasciculus 71, N. 6.

1294, *Septembris* 15, *Indictione* 8, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, et Domini Honoris Montis S. Angeli anno III. Aquilae.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, et Dominus Honoris Montis S. Angeli mandat Riccardo de S. Dyonisio Vicario suo

(1) De anno Pisano a Notario Iohanne de Cantore saepe usurpato vid. pag. 29, not. (2), et pag. 76, not. (1).

in Honore Montis S. Angeli, Comitatus Alexinae, Manfridoniae, et Andriae, ut solvat Theodisco de Cuneo Magistro Balistariorum Regni Siciliae quotannis uncias auri 120 super Iuribus Faucis, et Pantani Alexinae iuxta concessionem Caroli II. ei factam.

N. 4.

Olim Arca A. Fasciculus 85, N. 9.

1295, (1294) (1) *Octobris* 6, *Indictione* 8, *Caroli II. anno X. Venusii.*

Petentibus Baiulis Venusii, transumitur in formam publicam mandatum Regium, quo praecipitur ipsis, ut solvant Iohanni de Cappella militi ab hostibus excoecato granos auri 8 per diem.

Per Guillelmum Notarium Venusii.

N. 5.

Olim Arca C. Fasciculus 32, N. 17.

1295, (1294) *Octobris* 10, *Indictione* 8, *Caroli II. anno X. Melfictae.*

Petente Eugidio de S. Liceto, transumitur in formam publicam mandatum Regium, quo praecipitur Secretis, Magistris Portulanis, et Procuratoribus, ac Magistris Salis Curiae in Apulia, ut solvant ei quotannis uncias auri 60 pro damnis ipsi allatis ab hostibus (2).

Per Angelum Notarium Melfictae.

(1) Guillelmus Notarius Venusii annos sic enumerat in membran. Fascic. XVIII. N. 9.

(2) Non alios, quam Siculos, hostium nomine heic indicari ex eo patet, quod bona Aegidii de S. Liceto *in Calabriae partibus* sita esse dicuntur, ubi Siculorum incursiones frequenter evenisse satis constat ex iis, quae memoravimus pag. 95, not. (1).

N. 6.

Olim Arca B. Fasciculus 18, N. 13.

1295, (1294) (1) *Octobris* 11, *Indictione* 8, *Caroli II. anno X.*, *et Philippi Principis Tarentini Regis Filii anno I. Monopoli.*

Prothoncinus Monopolis, ut exsequatur litteras Nicolai de Luparia vicemgerentis Raynaldi de Avellis Ammirati Regni Siciliae (2), proficiscitur Brundusium cum turma gentis necessaria ad armandam galeam pro vehenda ex Romania domina Tamara filia Despoti matrimonio copulanda cum Principe Tarentino (3).
Per Guillelmum de Bartholomaeo Catopano Notarium Monopolis.

N. 7.

Olim Arca A, Fasciculus 35, N. 14.

1294, *Octobris* 16, *Indictione* 8, *Caroli II. anno X. Sulmonae.*

Manassens de Falisia Magister Passuum Aprutii sinit Thomasellum Ciminum Mercatorem extrahere oves, et capreas mille.
Per Franciscum Bertuldum Notarium Sulmonae.

N. 8.

Olim Arca A. Fasciculus 90, N. 14.

1295, (1294) *Octobris* 18, *Indictione* 8, *Caroli II. anno X. Massafrae.*

Procuratores rerum Curiae in Massafra, ut exsequantur litteras Henrici de Hervilla Secreti, Magistri Portulani, Procuratoris, ac Magistri Salis Curiae in Apulia, post aestimationem, et subhastatio-

---

(1) In hac membrana annum 1294 adposuimus, quia tunc primus annus Philippi Principis Tarentini numerabatur.

(2) De hoc Ammirato vid. Tutin. *De' sette Uffizj.*

(3) Etsi Tristanus Caracciolus in *Genealogia Caroli I.*, et Anonymus auctor *Historiae Neapolitanae* in princip. hoc matrimonium memorent; tamen de nomine uxoris, et de tempore, quo ducta est, verba non faciunt: ceteri nostrates Historici ne de matrimonio quidem mentionem iniiciunt. Gratiae igitur huic membranae habendae sunt, quae locupletissimum his de rebus testimonium perhibet: nimirum et nomen sponsae, et tempus coniugii designat.

nem committunt Lucae de Tarento reparationem Molendini Curiae in Massafra tarenis auri 24.

Per Leonem Notarium Massafrae.

N. 9.

Olim Arca B. Fasciculus 13, N. 8.

1295, (1294) *Octobris* 20, *Indictione* 8, *Caroli II. anno X. Massafrae.*

Procuratores rerum Curiae in Massafra, post subhastationem, dant in Cabellam Mareldo de Diavera fructus olivarum, et proventus unius tarpeti Curiae in Massafra hoc pacto, ut reddat Curiae olei musti cannatas 87, quae sunt ad starium Bari staria 43, et medium (1).

Per Leonem Notarium Massafrae.

N. 10.

Olim Arca M. Fasciculus 28, N. 6.

1294, *Octobris* 25, *Indictione* 8, *Caroli II. anno X. Trani.*

Rex mandet Henrico de Hervilla Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori, ac Magistro Salis Curiae in Apulia, ut sinat Franciscum de Monte-Leonis extrahere, salmas frumenti 200 sine iure exiturae, de portubus Apuliae vehendas ad loca licita (2).

Per Magistros Rationales.

(1) Vox *tarpetum* pro *trapeto* Latinorum in nostra membrana adhibetur, et molam oleariam indicat, qua teruntur olivae. Vid. Ughel. *Ital. sacr.* tom. I. col. 1123. Oleum *mustum* est oleum nondum purgatum, sive recens ab olivis expressum; μύστος enim *mustum* Latinis idem ac recens sonat. Tandem *Cannata* e *canna* originem arcessit, quae vox mensuram liquidorum notavit. Vid. S. Willelm. lib. I. *Consuetud. Hirsaug.* cap. 15; et hoc sensu in nostra membrana adhibetur.

(2) Haec amplissime exiturae concessio erat, qua scilicet merces poterant quocumque adsportari, modo ne hostibus praeberentur. *Loca* enim *licita* omnia ea dicuntur, quae in hostium non sunt potestate. Haec autem concessio vel magno pretio emebatur, vel inter peculiares Regis gratias recensenda erat. Alia vero, quam mox Fascic. XXXVIII. N. 4 videbimus, permittebat ad quaslibet Regni oras, sed non extra Regnum merces transvehere. Tertia denique ea est, qua merces ad statuta loca Regni deferri concedebantur; et huius exempla extant passim in Fascic. IX.

FASCICULUS XXXVIII.

N. 1.

Olim Arca E. Fasciculus 91, N. 8.

1294, *Octobris* 31, *Indictione* 8, *Caroli II. anno X. Fogiae.*

Petente Henrico de Hervilla Secreto, Magistro Portulano, Procuratore, ac Magistro Salis Curiae in Apulia, transumitur in formam publicam mandatum Regium, quo praecipitur Secretis Apuliae, ut solvant Iohanni Pagano Custodi Palatii Regii Fogiae gagia, et praeterea tarenum auri 1 per diem et ex gratia concessum.

Per Nicolaum de Notario Andrea Notarium Fogiae.

N. 2.

Olim Arca B. Fasciculus 83, N. 17.

1294, *Novembris* 1, *Indictione* 8, *Caroli II. anno X. in Insula S. Clementis.*

Manasseus de Falisia Magister passuum Aprutii, ut exsequatur mandatum Regium, quod exscribitur, recipit in Stipendiarium equitem Guillelmum de Cortono, eique adsignat unciam auri 1 per mensem pro gagiis.

Per Altumgradum Magistri Petri Notarium Buloniani.

N. 3.

Olim Arca B. Fasciculus 53, N. 4.

1295, (1294) (1) *Novembris* 2, *Indictione* 8, *Caroli II. anno X. Massafrae.*

Petente Rogerio de Castropiniano Iustitiario Terrae-Ydronti, transumitur in formam publicam mandatum Regium, quo praecipitur Iustitiariis Terrae-Ydronti, ut non exigant ab hominibus Pullicorii

(1) Mandatum Caroli II., quod exscribitur, datum est *anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto die decimo Iulii septime indictionis*; et fortasse non multo post Iustitiarius in publicam formam illud transumi petiit, ut documentum exhibere possit. Ceterum idem Leo Notarius Massafrae anno Pisano usus est in aliis Instrumentis Fascic. XXXVII. N. 8, et 9.

residua praeteritarum collectarum, quia damna ab hostibus fuerant perpessi.

Per Leonem Notarium Massafrae.

N. 4.

Olim Arca B. Fasciculus 6, N. 6.

1294, *Novembris* 11, *Indictione* 8, *Caroli II. anno X. Neapoli.*

Rex mandat Secreto, Magistro Portulano, Procuratori, ac Magistro Salis Curiae in Apulia, ut sinat Matthaeum de Berteramo extrahere de portu Baroli frumenti salmas 300 sine iure exiturae, vehendas ad alia Regni loca.

Per Locumtenentes Protonotarii Regni Siciliae.

N. 5.

Olim Arca C. Fasciculus 76, N. 13.

1295, (1294) *Novembris* 13, *Indictione* 8, *Caroli II. anno XI. Castri.*

Commissarius Rogerii de Castropiniano Iustitiarii Terrae-Ydronti, ut exsequatur litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, iniungit Baronibus singillatim recensitis, ut solvant eidem Iustitiario servitium pheudale.

Per Donadeum Notarium Castri.

N. 6.

Olim Arca C. Fasciculus 33, N. 9.

1294, *Novembris* 15, *Indictione* 8, *Caroli II. anno X., et Philippi Principis Tarentini Regis Filii anno I. Ydronti.*

Universitas Terrae quondam Riccardi de Fenesio, ut exsequatur litteras Rogerii de Castropiniano Iustitiarii Terrae-Ydronti, eligit Iohannem Ricium taxatorem, et collectorem ad taxandam, et recolligendam pecuniam generalis subventionis impositae pro Regni defensione.

Per Iohannem dictum Corbum Notarium Ydronti.

N. 7.

Olim Arca A. Fasciculus 87, N. 7.

1294, *Novembris* 25, *Indictione* 8, *Caroli II. anno X. Neapoli.*

Rex mandat Iustitiario Capitanatae, ut non procedat contra quosdam homines citatos ad respondendum de pecunia recepta pro confectione biscotti Curiae, quia constiterant coram Magistris Rationalibus.
Per Magistros Rationales.

N. 8.

Olim Arca B. Fasciculus 53, N. 12.

1294, *Novembris* 29, *Indictione* 8, *Caroli II. anno X. Neapoli.*

Rex mandat Henrico de Hervilla Secreto, Magistro Portulano, Procuratori, ac Magistro Salis Curiae in Apulia, et Magistro Portulano, et Procuratori Aprutii (1), ut sinat Iohannem Pipinum aedificare domum Baroli in illa Rugae (2) publicae parte, ubi alia eius aedificia exstabant, dummodo via publica alio divergatur.
Per Bartholomaeum de Capua Notarium domini Papae, Protonotarium Regni Siciliae.

N. 9.

Olim Arca B. Fasciculus 54, N. 14.

1294, *Novembris* 29, *Indictione* 8, *Caroli II. anno X. Neapoli.*

Rex mandat Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori Apuliae, ut sinat Iohannem Notarii Guillelmi extrahere de portu Manfridoniae frumenti salmas 100 sine iure exiturae, vehendas Vestas.
Per Locumtenentes Protonotarii Regni Siciliae.

---

(1) In hac membrana, et in aliis Fascic. XXXIX. N. 1, et XL. N. 1 Henricus de Hervilla non modo Secretus, Magister Portulanus, Procurator, ac Magister Salis Curiae in Apulia dicitur, sed et Magister Portulanus, et Procurator Aprutii. Quamdiu autem hoc officium gesserit, nescimus, quum usque ad annum 1300 neque ei huiusmodi titulus tribuatur in nostris membranis, neque de successore mentio fiat.

(2) Vox *Ruga* apud latinos medii aevi scriptores viam indicat, a qua vernacula vox *Rua*, et *Ruga*, et apud Gallos *Rue* originem arcessunt: ita Menagius hac voce. Vid. *Constit. Frederic.* c. 116.

N. 10.

Olim Arca B. Fasciculus 2, N. 16.

1294, *Novembris* 30, *Indictione* 8, *Caroli II. anno X. Manfridoniae*

Portulani Manfridoniae, ut exsequantur mandatum Philippi Principis Tarentini Vicarii in Regno Siciliae, quod exscribitur, sinunt procuratorem Petri de Manfridonia extrahere de portu Manfridoniae frumenti salmas 400, et hordei salmas 100 sine iure exiturae, vehendas Vestas.

Per Nicolaum Notarium Manfridoniae.

FASCICULUS XXXIX.

N. 1.

Olim Arca B. Fasciculus 42, N. 18.

1294, *Decembris* 6, *Indictione* 8, *Caroli II. anno X. Neapoli.*

Rex mandat Henrico de Hervilla Secreto, Magistro Portulano, Procuratori, ac Magistro Salis Curiae in Apulia, et Magistro Portulano, ac Procuratori Aprutii, ut solvat Iohanni Saraceno Portulano Manfridoniae gagia ad rationem tareni auri unius ponderis generalis per diem.

Per Magistros Rationales.

N. 2.

Olim Arca B. Fasciculus 53, N. 17.

1294, *Decembris* 26, *Indictione* 8, *Caroli II. anno X. Neapoli.*

Rex mandat Henrico de Hervilla Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori, ac Magistro Salis Curiae in Apulia, ut solvat quotannis Mariae dictae quondam Domicellae de Hierusalem (1) uncias auri 800 ponderis generalis.

Per Magistros Rationales.

---

(1) Haec illa est, quae Regnum Hierosolymitanum Carolo I. donavit. Vid. vol. I. pag. 137, not. (1). De hac autem donatione, uti et de annua pensione, quae eidem adsignata fuit, mox erit dicendi locus. *Domicella* autem dicebatur filia Regis antequam nuberet. Ita Sanut. Lib. III. part. 12, cap. 13 hanc Mariam filiam Boëmundi IV. Principis Antiochiae *Domicellam* adpellat.

N. 3.

Olim Arca D. Fasciculus 30, N. 14.

1295, *Ianuarii* 2, *Indictione* 8, *Caroli II. anno X. Neapoli.*

Rex mandat Rostayno de Agoto Iustitiario Capitanatae, ut ad requisitionem Raynaldi de Thastanay dicti Piccardi Magistri Falconerii solvat praebentibus falcones in dicta Provincia uncias auri 2 pro quolibet Falcone *peregrino*, unciam unam pro falcone *sacro*, seu *roccacio*, seu *firmato*, et tarenos 15 pro *Terciolo* (1).

Per Magistros Rationales.

N. 4.

Olim Arca B. Fasciculus 53, N. 15.

1295, *Ianuarii* 7, *Indictione* 8, *Caroli II. anno X. In Turri S. Herasmi prope Capuam.*

Rex mandat Henrico de Hervilla Secreto, Magistro Portulano, Procuratori, ac Magistro Salis Curiae in Apulia, ut det Raynaldo Galardo de Pics Magistro Panettario possessionem Terrae Trium Sanctorum ipsi ab Rege donatae.

Per Bartholomaeum de Capua Notarium Domini Papae, Protonotarium Regni Siciliae.

N. 5.

Olim Arca A. Fasciculus 82, N. 4.

1295, *Ianuarii* 12, *Indictione* 8, *Caroli II. anno XI. In Turri S. Herasmi prope Capuam.*

Rex mandat vice sua fungentibus (2), nec non Secretis, Magistris Portulanis, et Procuratoribus Apuliae, ut sinant fratrem Iacobum de

(1) Vid. Vol. I. pag. 86 not. (1).

(2) Carolus hariolari non poterat, quando hoc mandatum esset exsequendum; ipse autem in Regno Vicarium constituerat Philippum, uti supra monuimus pag. 140, not. (1); designaverat autem ad idem munus obeundum Carolum Martellum, quum hic rediret Neapolim, patre Romam abeunte. Quare ne mandati exsequutio, ob Vicarii mutationem differretur, ipse scribit vice sua fungentibus. Ceterum huiusmodi formulam possumus etiam referre ad magnos officiales, qui Regis vel absentis, vel praesentis nomine acta sua edebant.

Mollayo, generalem Magistrum Sacrae Domus Templi extrahere de portubus Apuliae frumenti salmas 2000, hordei 3000, et leguminum 500 sine iure exiturae, vehendas ad insulam Cypri, vel ad Terram Sanctam.

Per Bartholomaeum de Capua Notarium Domini Papae, Protonotarium Regni Siciliae.

N. 6.

Olim Arca B. Fasciculus 45, N. 1.

1295, *Februarii* 18, *Indictione* 8, *Caroli II. anno XI. Neapoli.*

Petente Guillelmo Ferula Secreto Principatus, Terrae Laboris, et Comitatus Molisii, transumitur in formam publicam mandatum Regium, quo praecipitur Secretis Terrae-Laboris, ut de iuribus Buczariae solvant quotannis Iohanni Legali ob servitia praestita uncias auri 20, donec Terrae fiscales eumdem reditum afferentes eidem assignentur.

Per Landulphum de Blasio Notarium Neapolis.

N. 7.

Olim Arca K. Fasciculus 52, N. 18

1295, *Februarii* 18, *Indictione* 8, *Caroli II. anno XI. Romae.*

Rex mandat Iohanni de Monte-forti Camerario Regni Siciliae, ut praestet auxilium Vinciguerrae de Guardia, quem miserat in Regnum ad exigendam sibi debitam pecuniam.

Per Magistros Rationales.

N. 8.

Olim Arca B. Fasciculus 20, N. 9.

1295, *Februarii* 26, *Indictione* 8, *Caroli II. anno (XI.) Trani.*

Portulani, et Credenzerius Trani, ut exsequantur mandatum Regium denunciatum per litteras Henrici de Hervilla Secreti Magistri Portulani, Procuratoris, ac Magistri Salis Curiae in Apulia, quae exscribuntur, sinunt Ginoctum de Vademonte extrahere de dicto portu frumenti salmas 125 sine iure exiturae, vehendas extra Regnum.

Per Mangonum Notarium Trani.

N. 9.

Olim Arca B. Fasciculus 54, N. 11.

1295, *Martii* 4, *Indictione* 8, *Caroli II. anno XI. Romae.*

Rex mandat Henrico de Hervilla Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori, ac Magistro Salis Curiae in Apulia, ut si constiterit Baldonum de Symiano non percepisse ex Castro Ripae-Candidae in Iustitiariatu Basilicatae provisionem illi adsignatam, integram solvat.

Per Magistros Rationales.

N. 10.

Olim Arca C. Fasciculus 76, N. 15.

1295, *Martii* 21, *Indictione* 8, *Caroli II. anno XI. Bari.*

Petente G. de Pergamo (1) tituli S. Nicolai in carcere Tulliano Diacono Cardinali, Priore Bariensis Ecclesiae S. Nicolai, transumitur in formam publicam mandatum Caroli I., quo praecipitur Dohaneriis Bari, ut solvant quotannis dictae Ecclesiae unciam auri unam, et dimidiam pro Cereo Paschali.

Per Nicolaum de Chunato Notarium Bari.

FASCICULUS XL.

N. 1.

Olim Arca B. Fasciculus 18, N. 10.

1295, *Aprilis* 2, *Indictione* 8, *Caroli II. anno XI. Penna de Luce.*

Portulani Pennae-Lucis, ut exsequantur mandatum Regium denunciatum per litteras Thomasii de Ortona Secreti Aprutii, et Hen-

(1) Corrige de Bergomo: scilicet Guillelmus Longus Bergomensis, qui a Coelestino V. anno 1294 Cardinalis creatus fuit. Vid. Ciacon. *Hist. Pontif. Roman.* Is eodem anno 1295 Prior Ecclesiae Bariensis S. Nicolai a Carolo II. electus fuit. Vid. Anton. Beatill. *Istor. della vita di S. Nicol.* Lib. VII. cap. 23. Porro is auctor, ut ut in recensendis Regum donationibus illi Ecclesiae factis plurimum laboris impenderit, eam tamen, quae in nostra membrana memoratur, omisit.

rici de Hervilla Magistri Portulani, et Procuratoris Apuliae, et Aprutii, quae exscribuntur, sinunt Fratres Ordinis Praedicatorum de Civitate Adriae extrahere de portu Pennae-Lucis frumenti salmas 250 sine iure exiturae, vehendas ad loca licita.

Per Philippum Rogerii Notarium Pennae de Luce.

N. 2.

Olim Arca B. Fasciculus 9, N. 6.

1295, *Aprilis* 7, *Indictione* 8, *Caroli II. anno XI. Romae.*

Rex mandat Henrico de Hervilla Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori, ac Magistro Salis Curiae in Apulia, ut sinat Robertum Britone, et Fratrem Olivarium Capellanos Regios extrahere de portubus Apuliae frumenti salmas 400 sine iure exiturae.

N. 3.

Olim Arca A. Fasciculus 85, N. 16.

1295, *Aprilis* 9, *Indictione* 8, *Caroli II. anno XI. Baroli.*

Portulani, et Credenzerius Baroli, ut exsequantur mandatum Regium denuntiatum per litteras Henrici de Hervilla Secreti, Magistri Portulani, et Procuratoris, ac Magistri Salis Curiae in Apulia, quae exscribuntur, sinunt Bartholocium de S. Philadello Hostiarium Regium (1) extrahere de portu Baroli frumenti salmas 200 sine iure exiturae, vehendas ad loca licita extra Regnum, in compensatione fructuum Terrae pheudalis ei promissae, et nondum concessae.

Per Iacobum Bertonum Notarium Baroli.

---

(1) Inter Regii Palatii dignitates Hostiarium recenset Hincmarus: *De ordine Palatii* Cap. 17, quae dignitas Apparitoribus respondet. Haec autem dignitas magni habita fuit medio aevo. Vid. *Vit. Aldrici Episc. Cenoman.* N. 71. Hinc mirum non est, si Bartholocius de S. Philadello Hostiarius Regius in nostra membrana pheudatarius dicatur.

N. 4.

Olim Arca B. Fasciculus 56, N. 14.

1295, *Aprilis* 30, *Indictione* 8, *Caroli II. anno XI. Romae.*

Rex mandat Guillelmo Extandardo Regni Siciliae Marescallo, et Capitaneo Generali ad Guerram, ut solvat Balistariis introscriptis deputatis ad sequelam Philippi Principis Tarentini filii sui, dum vice sua fungeretur, gagia ad rationem unciae auri unius, et tarenorum quindecim per mensem pro unoquoque ipsorum.
Per Magistros Rationales.

N. 5.

Olim Arca B. Fasciculus 18, N. 5.

1295, *Maii* 20, *Indictione* 8, *Caroli II. anno XI. Brundusii.*

Commissarius Henrici de Hervilla Secreti, Magistri Portulani, et Procuratoris, ac Magistri Salis Curiae in Apulia, ut exsequatur mandatum Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, et Vicarii in Regno Siciliae denunciatum per litteras ejusdem Secreti, quae exscribuntur, per testium depositiones singillatim recensitas, inquirit, an A. Archiepiscopus Horitanus, et Brundusinus (1) a Catholicorum Regum temporibus consueverit percipere decimas Dohanae, et Baiulationis Civitatis Brundusii, et unciam auri unam pro Cereo Paschali.
Per Riccardum Buccarellum Notarium Brundusii.

---

(1) Postqnam Brundusium ab Saracenis captum, eversumque fuit, huius Civitatis Episcopi Uriam transiere; atque ex eo tempore Uritani, et Brundusini sunt adpellati. Vid. Ughel. *Ital. Sacr.* Tom. IX. col. 5, et 164. Id autem moris diu permansit, scilicet usque ad Gregorium XIV. Pontificem, qui anno 1591 Ecclesiam Uritanam a Brundusina separavit, et proprium utrique praefecit Antistitem; id. ibid.. Archiepiscopus autem, qui in nostra membrana memoratur, fuit Ademulphus, qui ab anno 1289 ad Kal. Octob. 1296 Brundusinam, et Uritanam Ecclesiam rexit: id. ibid. col. 34. Alium etiam Archiepiscopum legimus in membrana, huius Ademulphi praedecessorem nomine Peregrinum, de quo Vid. Ughel. loc. cit.

N. 6.

Olim Arca B. Fasciculus 83, N. 14.

1295, *Iunii 7*, *Indictione* 8, *Caroli II. anno XI. Piscariae.*

Petente Manasseo de Falisia Magistro passuum Aprutii, Iudex, et Notarius declarant Mercatores peculiariter memoratos solvisse iura Curiae pro extractione boum 20 extra Regnum per passum Turris ad Trontum (1).

Per Angelum Magistri Angeli Notarium Piscariae.

N. 7.

Olim Arca B. Fasciculus 9, N. 16.

1295, *Iunii 7*, *Indictione* 8, *Caroli II. anno XI. Anagniae.*

Rex mandat Guillelmo Extandardo Regni Siciliae Marescallo, et Capitaneo Generali ad Guerram, ut ad exseqnendum mandatum exscriptum, missum Raymundo de Baucio praedecessori suo, solvat quotannis Iohanni de Alneus provisionem unciarum auri 24 ponderis generalis tanquam Militi de Hospitio Regio (2), nec non uncias auri 8 pro gagiis eius.

Per Magistros Rationales.

---

(1) Ne confundas, quaeso, *Magistrum Passuum* cum *Custode Passuum*; hic enim, uti monuimus Vol. I. pag. 54, not. (1), et pag. 70, not. (2), viis ab latronibus tuendis deputabatur, ille vectigalium curam gerebat.

(2) Huiusmodi titulus medii aevi antiquitates pervolutantibus novus non obveniet; satis enim constat, Militis nomine eum, qui militari cingulo donatus foret, ab scriptoribus medii aevi adpellari. Inter hos autem Milites honoratiores erant *Milites Regis*, seu *de Hospitio Regio*, qui etiam peculiare stipendium recipiebant. Vid. *Histor. Bethuniens.* pag. 157, ad an. 1249.

N. 8.

Olim Arca D. Fasciculus 46, N. 4.

1295, *Iulii* 21, *Indictione* 8, *Caroli Regis Hungariae, Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae anno IV.* (1) *Neapoli.*

Carolus Rex Hungariae, Princeps Salernitanus, Vicarius in Regno Siciliae mandat Iustitiario Capitanatae, ut nihil deducat de gagiis, et provisionibus Castellanorum, Capellanorum, et Servientium Castrorum; eo quod vix sufficiunt ad illorum substentationem; adeoque non continentur in ordinatione Caroli II. praescribente earumdem diminutionem.

Per Magistros Rationales.

N. 9.

Olim Arca D. Fasciculus 48, N. 18.

1295, *Augusti* 9, *Indictione* 8, *Caroli II. anno XI. Baroli.*

Petente Henrico de Hervilla Secreto, Magistro Portulano, Procuratori, ac Magistro Salis Curiae in Apulia, transumitur in formam publicam mandatum Regium, quo praecipitur Secretis Apuliae, ut solvant quotidie Iohanni de Hanonia granos auri 8 pro sua, atque uxoris substentatione.

Per Thomasium Notarium Baroli.

N. 10.

Olim Arca L. Fasciculus 26, N. 50.

1295, *Augusti* 15, *Indictione* 8, *Caroli II. anno XI. Aquilae.*

Petente Manassco de Falisia Magistro Passuum Aprutii, Iudex, et Notarius declarant Berardum de Cambiano Mercatorem solvisse iu-

(1) Haec ultima membrana est, quae Caroli Martelli nomen praesefert. Giannonius, Constantius, aliique eius mortem an. 1301 evenisse scribunt. At Raynaldus eam anno 1295 tribuit. Huius autêm sententiam libenter sequimur, tum quia ipse evulgat Pontificium diploma datum III. Kal. Sept. 1295, quo Carolus Martellus iam mortuus scribitur, tum quia nulla supererat ratio cur Vicariatus Regni a Carolo Martello ad Robertum eius fratrem transferretur, quod factum videbimus in membr. Fasc. XLI. N. 9. His igitur probe perspectis, mortem Caroli Martelli inter XII. Kal. August., et III. Kal. Septemb. 1295 statuendam censemus. Huius viri sepulchrum exstat in Maiori Ecclesia Neapolitana, et inscriptionem impositam leges Vol. I. pag. 275.

exiturae pro 1100 animalibus minutis (1) ducendis Anaguiam ad Romanam Curiam.

Per Andream Gentilem Notarium Aquilae.

FASCICULUS XLI.

N. 1.

Olim Arca II. Fasciculus 45, N. 1.

1295, *Augusti* 27, *Indictione* 8, *Neapoli.*

Maria uxor Caroli II., Regina Hierusalem, Siciliae, et Hungariae (2) mandat Iustitiario Capitanatae, ut faciat assecurari Fratrem Iacobum

---

(1) Scilicet pecudinis.

(2) Satis constat Carolo II. Mariam filiam Stephani V. Hungariae Regis anno 1270 nupsisse. Vid. *Histoire Genealogique de France* Tum. I. chap. XIV. pag. 193 D. Plures autem membranas ab hac Regina datas habemus in nostro tabulario. Harum nonnullae continent mandata, quae bona ipsius Reginae respiciebant; aliae datae fuerunt eo tempore, quo mortuo Carolo Martello, ipsa Pontificis auctoritate, ob Caroli viri sui absentiam, Regni administrationem nacta est. Vid. Raynald. ad an. 1295. Quamdiu autem ipsa hoc munere functa sit, nescimus; certe prid. Non. Martii 1296 Robertus Vicarii titulo auctus fuerat. Vid. Fascic. XLI. N. 9.

Unum autem heic admonendum superest, Giannonium Lib. XXI. cap. 3 falsum fuisse, dum anno 1291 Carolum II. tres filios obsides recepisse scribit: et nimirum hunc scriptorem in epochis statuendis incuriosissimum, identidem errasse comperta res est. Pax enim anno 1291 inter Carolum II. et Alphonsum Aragoniae Regem inita postmodo ob huius mortem irrita fuit. Quare et pag. 114 not. (1) ipsum Giannonium refutantes, Carolum II. ante an. 1293 nunquam in Regnum rediisse ostendimus; adeoque pag. 135 prima membrana Caroli II. post reditum e Gallia Neapoli data VI. Kal. Mai. 1294, occurrit. Res igitur ita se habet: Carolus, mortuo Alphonso, pacem cum Iacobo eius fratre componere sategit: rebus nondum perfectis, initio anni 1294 Neapolim rediit. Postea regni sui provincias invisit. Vid. pag. 139, not. (1). Tandem Neapolim reversus est, ubi III. Id. Novemb. 1294 Diploma edit, de quo vid. Fascic. XXXVIII. N. 4. Quum autem mense Decembris huius anni Petrus Coelestinus Pontificatu se abdicasset; et Bonifacius VIII. Pontifex electus esset, Carolus Romam petiit, ut ab hoc Pontifice confirmationem pacis impetraret. Vid. Raynald. ad an. 1295. Hinc XII. Kal. Mart. 1296 Romae moratur. Vid. Fasc. XXXIX. N. 7. Deinde Pontifex mediatoris partes egit, et pacis foedus, quod per quatuor fere annos saepe optatum fuerat, ad finem perduxit. Bullam confirmationis huius foederis datam XI. Kal. Iul. 1295, leges apud Raynald. Tunc factum est, ut Carolus tres filios, Ludovicum, Robertum, et Raymundum Berengarium, quos obsides Iacobus Rex detinuerat, receperit. Quando autem Carolus II. Roma Neapolim redierit, ex membranis non liquet; certe IV. Non. Iul. 1295 Romae erat. Vid. Fascic. XL. N. 9, et VII. Kal. Febr. 1296 Neapoli degebat. Vid. Fa-

de Monlayo Magistrum Sacrae Domus Militiae Templi ab omnibus Vassallis Monasterii S. Benedicti in Turri-Maiori, quoniam summus Pontifex hoc Monasterium dictae Militiae concesserat.

Per Andream de Ravello locumtenentem Protonotarii Regni Siciliae.

N. 2.

Olim Arca B. Fasciculus 42, N. 2.

1295, *Augusti* 29, *Indictione* 8, *Neapoli.*

Maria Regina Ierusalem, Siciliae, et Hungariae eligit Riccardum de S. Dionysio Vicarium in Terra Nuceriae Christianorum, eique dat regulas pro officio exercendo, et adsignat gagia ad rationem tareni 1 ponderis generalis per diem.

Per Magistros Rationales.

N. 3.

Olim Arca B. Fasciculus 32, N. 5.

1296, (1295) *Septembris* 28, *Indictione* 9, *Caroli II. anno XI. Trani.*

Alferada uxor quondam Rogerii de Sir Sammaro offert quaedam bona Domui Militiae Templi, retento usufructu, sub conditionibus singillatim recensitis (1).

Per Marinum Notarium Trani.

---

scic. XLI. N. 8. Quae quum ita se habeant, patet cur Carolo Martello e regno discedente, Vicariatus officium non Roberto, qui tertio loco natus erat, sed Philippo collatum sit. Vid. pag. 140, not. (1) Philippus denique, quia fortasse non recte Vicariatum gesserat, impellente in primis Pontifice, dum iterum pater e Regno discessit, ad idem munus non rediit, sed eius mater maiorem promerita viri fiduciam, ad eius vices gerendas successit.

(1) Conditiones in donatione adpositas si cui displiceat ignorare, has fuisse sciat: » quod in predicta Ecclesia Sancti Iohannis (in Trano) subiecta » dicte sacre domus templi perpetue sit unus Sacerdos qui serviet et celebret » ibi pro anima mea et quolibet anno in sepulcro meo quia ibi volo sepeliri » die mortuorum stent et ardeant duo cerea duarum librarum.

N. 4.

Olim Arca B. Fasciculus 28, N. 18.

1295, *Octobris* 25, *Indictione* 9, *Caroli II. anno XI. Aquilae.*

Manasseus de Falisia Magister passuum Aprutii sinit Petrum Paulum de Urbe extrahere 500 animalia minuta, soluto iure Curiae debito.
Per Petrum Gualterii de Locali Paganicae Notarium Aquilae.

N. 5.

Olim Arca B. Fasciculus 38, N. 9.

1296, (1295) *Decembris* 28, *Indictione* 9, *Caroli II. anno XI. Baroli.*

Portulani, et Credenzerius Baroli, ut exsequantur mandatum Regium denunciatum per litteras Henrici de Hervilla Secreti, Magistri Portulani, Procuratoris, ac Magistri Salis Curiae in Apulia, quae exscribuntur, sinunt Nicolaum de Lefante extrahere de portu Baroli frumenti salmas 400 sine iure exiturae, vehendas Brundusium.
Per Iohannem de Maynardo Notarium Baroli.

N. 6.

Olim Arca B. Fasciculus 38, N. 1.

(1295) (1)

Rex declarat se accepisse rationem cum Iohanne Roy, et Saducto de Adria Grafferiis (2) hospitii sui, et agnovisse ipsos, usque ad Kal.

(1) Quum in hac membrana nulla nota chronologica praemissa, aut subiecta sit, nos in fine anni 1295 eam reposuimus, quia in ipsius περιοχῃ scribitur: *Mensis Martii nuper elapsi octave indictionis*, quae indictio semel tantum, scilicet a Kal. Septemb. 1294, ad Kal. Septemb. 1295, sub Carolo II. locum habuit.

(2) Idem personae nomen, idemque officium reperies vol. I. pag. 19, not. (1). Adde tamen ei non scribendi solum, sed pecuniae Regiae expendendae etiam munus incubuisse. Id autem, nisi velis proprium fuisse huius viri, tamdiu Regiae Maiestati fidelissimi, extendere poteris ad omnes, qui Grafferii vocabantur; cumque hoc nobis probabilius videatur, qui glossariis compilandis operam navabant, hanc observationem prae oculis habere poterunt. Ipsam autem mem-

Apr. VIII. Indictionis, debere uncias 648, tarenos 24, et granos 10

---

branam, quia vocabulis, quae lexicographi non recensent, abundat, edendam suscipimus.

« Karolus secundus Dei gratia Rex Ierusalem Sicilie Ducatus Apulie et » Principatus Capue Provincie et Forcalquerii Comes Tenore presentis Apodixe » notum facimus Universis tam presentibus quam futuris quod Iohannes Roy » paneterius noster et Saductus de Adria Magne Curie nostre Rationalis Grafferii » hospitii nostri dilecti familiares et fideles nostri presentati de mandato nostro » die decimo mensis Maii octave Indictionis Rome coram magistris Rationalibus » magne Curie nostre Viro Nobili Iohanne de Monteforti Squillacii et montis » Caveosi Comite dicti Regni Camerario eis super hoc abolim vices suas totaliter » committente pro ponenda de Officio dicti Graffii gesto per eos a die primo » Mensis Martii nuper elapsi octave Indictionis usque ad quem diem per eos » extitit in dicta nostra Curia coram eisdem Magistris Rationalibus finaliter com- » putatum et usque per totum ultimum diem mensis eiusdem Ratione plena par- » ticulari debita et finali Rationem ipsam coram dictis Magistris Rationalibus » posuerunt tam per Quaternum eorum in ipsius Rationis positione productum » et Curie assignatum totam pecuniam et res alias Camere nostre infra tempus » predictum receptas et liberatas per eos distincte et particulariter continentem » cum diebus et locis receptionis et liberationis ipsarum nominibus et cognomi- » nibus assignantium et recipientium ipsas ac pro quibus et de quibus causis pecu- » nie et Res ipse recepte et liberate fuerunt per eos aliisque declarationibus » oportunis quam per mandata nostra sub sigillo nostro secreto eis facta nec » non et Cedulas diversorum de nostro consilio per quos ex ipsarum Cedularum » tenore patuit eis circa id nostrum beneplacitum et mandatum ac Apodixas » recipientium dicte Curie assignatas super omnibus et singulis de quibus iuxta » tenorem Commissionis eorum mandata Cedulas et Apodixas producere teneban- » tur in hunc modum Videlicet Ostenderunt restasse penes eos de Ratione eorum » precedentis Mensis Februarii dicte octave Indictionis coram eisdem Magistris » Rationalibus posita prout Apodixa nostra eis super hoc facta continet Auri Un- » cias Quatringentas Septuaginta Septem tarenos tres et granos undecim Item re- » cepisse ab Infrascriptis personis pro causis infranotatis quantitates pecunie infra- » scriptas In primis a mercatoribus de Societate Clarentinorum quas liberave- » runt ad mandatum domini Summi Pontificis qui eas donavit nobis auri Uncias » Mille Quingentas A Magistro Iohanne de Cambrona Archidiacono Biccariensi in » Ecclesia Panormitana receptore pecunie proventuum Sigilli nostri de pecunia » ipsorum proventuum que erat per manus suas auri uncias Viginti octo et ta- » renos quindecim et a Vincignerra de Guardia notario et familiari nostro quas » scripsit se recepisse pro parte nostre Curie a Stephano Pectinato de Capua » milite Iustitiario Aprutii de pecunia generalis Subventionis anno presentis » octave Indictionis hominibus Terrarum dicti Iustitiariatus imposita et taxata et » eidem Iustitiario ad recolligendum commissa auri uncias Octingentas nonaginta » Summa Summarum totius predicti Introitus computata tota predicta Resta com- » puti precedentis est auri unciarum Duo milia Octingenta Nonaginta quinque » tarenorum decem et octo et granorum undecim De quibus ostenderunt sol- » visse et liberasse infra dictum Mensem Martii personis et pro causis subscri- » ptis pecunie quantitates subscriptas Videlicet Officialibus dicti nostri hospitii pro » expensis Officiorum dicti hospitii predicti temporis Scilicet Panetarie Uncias auri » Quatraginta octo Buccicularie uncias auri Centum Sex tarenos viginti quinque

non computatis aliis rebus ab ipsis emptis, quae singillatim describuntur.

» et grana tria Coquine uncias auri Trecentas undecim Marescalle uncias Du-
» centas sex tarenus tres et grana sex Fructuarie uncias auri Triginta nuvem et
» Ferrarie uncias auri Viginti tres et tarenos tres Summa dicte pecunie solute per
» predictos Grafferios pro predictis Officiis nostri hospitii est auri Uncie Septin-
» gente trigiuta quatuor tareni unius et granorum novem Item diversis tam
» Militibus quam Notariis Scutiferis et personis aliis dicti nostri hospitii pro
» gagiis et de gagiis eorum Mensium Ianuarii Februarii et presentis Martii dicte
» octave Indictionis auri uncias Nongentas unam tarenos duos et grana trede-
» cim Item pro diversis rabus et negotiis Extraordinariis infra dictum Mensem
» Martii per eos ad diversa Mandata nostra solutas auri uncias Quingentas octo
» tarenos quindecim et grana tria Et pro pretio certarum Rerum emptarum per
» eos ad opus Camere nostre sicut dictus Quaternus ipsorum continet particu-
» lariter et distincte auri uncias Centum tres tarenos quatuor et granos Sede-
» cim Summa Summarum totius predicti Exitus est auri Uncie Duo milia Du-
» cente quatraginta sex tareni viginti quatuor et granum unum ponderis generalis
» Facta itaque Collatione de predicto Introitu dicti Mensis Martii ad Exitum
» eiusdem Mensis Restant liquide penes dictos Grafferios primo Sequentis Mensis
» Aprilis dicte octave Indictionis auri uncie Sexcente quatraginta octo tareni
» viginti quatuor et grana decem Item pusuerunt predicti Grafferii per predi-
» ctum eorum computum emisse infra tempus predictum ac restasse penes eos
» in dicta Camera de predicto precedenti Computo Mensis Februarii Octave In-
» dictionis nec non liberasse diversis personis ad diversa mandata nostra de
» quibus plene constitit diversas quantitates pannorum ad aurum Meczanello-
» rum Tertzanellorum Cendatorum Cultrarum punctarum pannorum de lana
» et Seta pellium de variis Griso et aliis Tappetorum et Argenti in diversis spe-
» ciebus et vasis ac Rerum plurium aliarum de quibus in dicto presenti Com-
» puto per prefatos Magistros Rationales facta collatione debita Invente sunt
» Restare apud eosdem Grafferios in dicta Camera nostra predicto primo die
» mensis Aprilis Res subscripte Videlicet De Minutis Variis Capucia duo quorum
» quodlibet est de Tiris quatuor Tube de Argento in aliqua parte deaurate due
» ponderis Marcharum tredecim Cossini Sex de pluma cohoperti de Cathasamito
» rubeo de eodem Cathasamito alne tres Lasneria de Seta pro nobis viginti qua-
» tuor Panni de Auro et Seta Octo de tela viridi Cortina una Nappe pro Mensa
» duodecim de Seta nigra pro Cappellis laquei duodecim Et eorumdem laqueo-
» rum pro Mantellis duodene tres De minutis variis Mantellus unus Puti de Ar-
» gento in aliqua parte deaurati duo ponderis librarum nuvem unciarum Sex
» De Cultellis cum Manicis de ebora et esmaltis pro Mensa nostra par unum De
» Viridi Cobopertoria parva duu Sargie due De Terzanellis Pecie due Navis una
» de Argentu deaurata cum esmaltis et pede ponderis Marcharum decem et octo
» unciarum sex Biffe de provino Robba una Samitti rubei Canna una Samiti vi-
» ridis de Romania Petie due Samiti rubei Canna una et media Panni ad aurum
» de Romania cum Campo rubeo Petie due Panni ad aurum in Seta duo De Saya
» de Camo coluris blaui Petia una Canna due et palmi quatuor Panni de Alo-
» sto Petie quinque Panni tartaricj Petie due Terzanelli de Venetiis Petie un-
» decim De Cendato rubeo forti Petie due et palmi Sex De Cendato nigro Petie
» viginti una et Canne quatuor De Cendato viridi Petia due et Canna tres De
» Cendato yndo Petie viginti quinque De Cendato lalino petie decem et media

*

N. 7.

Olim Arca A. Fasciculus 90, N. 19.

1296, *Ianuarii* 22, *Indictione* 9, *Caroli II. anno XII. Brundusii.*

Petente Balduyno de Corbano Iustitiario Terrae-Ydronti, Iudex,

---

» De Cendato albo petie Undecim Cendati diversorum colorum Petie quatuor
» et palmus unue Sete torte diversorum colorum libre sex Sete............
» ....De Cendato albo et nigro Za-
« bronatum da albo et nigro pro lecto nostro Unum Dossale de Cendato albo
» et nigro pro predicto lecto nustro unum Cultre puncte diversorum colorum de
» Cendato tres quarum una est Zabronata de albo et nigro pro eodem lecto De
» Minutis Variis Cohopertoria duo et medium De Minutis Variis penne quatuor et
» media De Griso Cohopertoria duo De Variis rubeis forratura. Media Viridis de
» Duaco Alne due et media Viridis pro Cohopertoriis Alne Sex Viridie de Parisiis
» Alne quinque Scarlati rubei Petia media Panni rubei de Parisiis Alne due
» Panni fluris de persico Alna una et media Brunette de ypra petia media Bru-
» nette nigre pro Calligis petia media Panni placti nigri pro Calligis nostris missi
» de Parisiis per Petrum Marcelli quorum pretium nondum est super Curiam
» computatum Petie doe Camellini nayni Petia ona Virgati grossi pro Sarpilleria
» Petia una De Mappis pro mensa nostra Brachia nonaginta unum et medium To-
» balee ad manus tredecim Coholizeria Octo Tala burgenze Alne quatraginta no-
» vem Tele de Beme Alne centum sexaginta sex Canapacii Alne viginti sex lin-
» teaminum par medium Tessuti parvi de Seta tredecim Lasneria de Seta unde-
» cim Laquei de Seta Centum duo Tappeta de lana Zabronata de albo et nigro
» cum floribus de lilio albis et nigris missa de Parisiis per dictum Petrum
» Marcellum quorum pretium nondum est super Curiam computatum quatuor
» Tappeta de lana diversorum colorum duodecim quorum quatuor sunt Zabro-
» nata de albo et nigro pro predicto lecto nostro Bracale cum bucculo de Ar-
» gento unum Cappelli de filtro Sex De Cultellie pro Tabula par unum De Guan-
» tis de Cervo Paria tria Cifi de Maczaro et quallera duo Buctones de Argento
» cum Cutureria ligati cum uno filo Cohoperculum pro Cupa unum de Argento
» fracto recepto olim a Matheo da Adria milite olim Thesaorario in diversis va-
» sie Marchie quinque uncie septem tareni quinque et Brocca da Auro una Cu-
» pa una de Argento cum cohoperelo deaurata ponderis marchiarom quatuor
» Sterlarum decem et septem Cupa una de Argento cum cohoperculo deaurata
» ponderis Marchiarum quinque uncie unius et Sterlarum quinque Cupa una de
» Argento cum cohoperculo deaurata ponderis Marchiarum quatuor et Sterlarom
» duarum Cupa una de Argento cum cohoperculo deaurata ponderis Marchiarum
» quatuor unciarum sex et Sterlarom quindecim Cupa una de Argento cum coho-
» perculo deaurata ponderis Marchiarum quatuor unciarum trium et Sterlarum du-
» orum Omnes autem predicte Cupe empta fueront in Curia Romana ad pondus
» ipsius Curie Urceolus unus auri cum Iaspidibus ponderis librarom quatuor
» uncie unius et media Navie una de Auro ponderis librarum novem unciarum
» septem tarenorum viginti duorum et medii Urceolus unus de Argento deaura-
» tue ponderis librarum quinque et medie Urceolus unus de Argento deauratus
» ponderis librarum trium unciarum Septem Petie Tres de Samito Ialino Petia

et Notarius declarant Riccardum Bellonasum supradicto die coepisse exercere officium Iudicatus, et Assessoriae (1) apud ipsum Iustitiarium.
Per Nicolaum Notarium Brundusii.

N. 8.

Olim Arca B. Fasciculus 5, N. 9.

1296, *Februarii* 23, *Indictione* 9, *Caroli II. anno XII. Piscariae.*

Petente Georgio Georgii Secreto Aprutii, transumitur in formam publicam mandatum Regium, quo praecipitur Secretis Aprutii, ut solvant Sudugerio de Bellicandro uncias auri 10 de iuribus Baiulationis Piscariae pro dimidio Castri Caviliae, cuius donationem ab Rege obtinuerat Trogisius de Trogisiis.
Per Iohannem Fantelli Notarium Piscariae.

» una de samito viridi et Petia una de samito rubeo ponderis librarum Tri-
» giota octo et Unciarum quatuor Reputantes itaque Rationem ipsam sufficien-
» tem ydoneam et legitimam ac de singulis quae in Ratione ipsa liberata ponun-
» tur per eos de quibus in scriptis Mandata vel Cedulas et Apodixas non pro-
» duxerunt nec iuxta tenorem Commissionis eorum producere tenebantur prupter
» vicinitatem temporis et racentiam memorie scientiam certam habentes eosdem
» Iohannem et Saduetum et ipsorum quemlibet ac heredes et Successores eorum
» da Ratione ipsa dicti temporis ulterius nostre Curie non ponenda per eos et a
» nexu cuiuslibet Obligationis qua ipsi Curie proinde tacite vel expresse teneren-
» tur astricti ex certa nostra scientia quietamus absolvimus .... liberamus ita
» quod nullu umquam tempore per nos Curiam vel heredes et Successores no-
» stros exinde requirantur vel molestentur set semper sint exinde liberi et pe-
» nitus absoluti nostra tamen Curie reservamus quod si processu temporis in-
» veniri contingat dictos Grafferios plus recepisse vel minus sulvisse quam dicti
» eorum Introitus et Exitus continent respondere inde et satisfacere dicte Curie
» teneantur Unde ad futuram memoriam et tam Curie nostre certitudinem
» quam ipsorum Iohannis et Sadocti et cuiuslibet eorum cautelam perpetuam
» nec nun heredom et Successorum eorum presentem Apodixam finalis posite
» Rationis et Quiatationis dicto Iohanni et aliam consimilem dicto Saducto fieri
» Iussimus pendenti Maiestatis nostre Sigillu munitas Data.

(1) *Assessoria* adsessoris munus indicat. Vid. Rolandin. Patavin. apud Murat. *Script. Rer. Ital.* Tom. VIII. col. 243. Adsessoris autem munos satis explicat Fredericus in *Constitut.* Lib. I. tit. 51, ubi fuse, quae ad illum pertinebant exponit.

N. 9.

Olim Arca L. Fasciculus 21, N. 23.

1296, *Martii* 6, *Indictione* 9, *Fogiae.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae (1) mandat Henrico de Hervilla Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori Apuliae, ut solvat Sarraceno Episcopo Melphiensi (2) decimam Baiulationis Melphiae, et unciam unam de proventibus Bucheriae, si constiterit Episcopos praedecessores consuevisse eas percipere.

Per Andream (de Ravello Locumtenentem Protonotarii Regni Siciliae).

N. 10.

Olim Arca A. Fasciculus 81, N. 10.

1296, *Martii* 10, *Indictione* 9, *Caroli II. anno XII. Neapoli.*

Rex mandat Gentili de Filiis Ursi Capitaneo, et Iustitiario Aprutii, et eius Aerario, ut restituant Romano eius filio uncias auri 315 ponderis generalis, quas tempore belli solverat pro servitio pheudali, licet ei pridem condonatae fuissent a Curia.

Per Magistros Rationales.

FASCICULUS XLII.

N. 1.

Olim Arca C. Fasciculus 55, N. 8.

1296, *Martii* 16, *Indictione* 9, *Caroli II. anno XII. Piscariae.*

Commissarius Manassei de Falisia Magistri passuum Aprutii sinit

---

(1) Inter nostri tabularii membranas haec prima est, qua Robertus Dux Calabriae, et Vicarius in Regno Siciliae memoratur. Historici tamen, quod sciam, dum de eo agunt, hunc titulum non tribuunt, nisi aliquot post annos; nec usquam litteras Caroli II., quibus Ducatus Calabriae, et Vicariatus ei conceditur, invenire potuimus. Nobis tamen certum, atque fixum est, paucis ante diebus eas datas fuisse. Nam usque ad mensem Iulii 1295 Robertus obses fuerat. Vid. pag. 159, not. (2): in regnum rediit cum Patre suo initio anni 1296: nostra denique membrana data est Prid. Non. Mart. 1296, et titulum Vicarii exhibet. Igitur paulo ante hoc honore ipse auctus fuerat.

(2) De hoc Episcopo vid. Ughel. *Ital. Sacr.* Tom. I. col. 930, Venet. 1717.

mercatores introscriptos extrahere 500 animalia pecudina, et caprina soluto debito Curiae iure.

Per Angelum Magistri Angeli Notarium Piscariae.

N. 2.

Olim Arca C. Fasciculus 30, N. 11.

1296, *Aprilis* 3, *Indictione* 9, *Caroli II. anno XII. Neapoli.*

Rex mandat Iustitiario Capitanatae, ut iniungat Nicolao de S. Iohanne Rotundo, una cum Henrico de Hervilla Secreto, Magistro Portulano, Procuratori, ac Magistro Salis Curiae in Apulia, ut recipiat rationes debitas a portulanis Terrarum Apuliae, easque exhibeat Curiae, praesente Leonardo de Termulis eorum Notario.

Per Magistros Rationales.

N. 3.

Olim Arca C. Fasciculus 30, N. 19.

1296, *Aprilis* 8, *Indictione* 9, *Caroli II. anno XII. Neapoli.*

Rex mandat Henrico de Hervilla Secreto, Magistro Portulano, Procuratori, ac Magistro Salis Curiae in Apulia, ut sinat Malgerium Manionum extrahere de portu Baroli frumenti salmas 400 siue iure exiturae, vehendas Monopolim, vel Brundusium, aut Ydrontum.

Per Magistros Rationales.

N. 4.

Olim Arca A. Fasciculus 88, N. 3.

1296, *Aprilis* 12, *Indictione* 9, *Caroli II. anno XII. Neapoli.*

Rex mandat Gentili de Filiis Ursi Capitaneo, et Iustitiario Aprutii, ut solvat consueta gagia Acrario, et Scriptori.

Per Magistros Rationales.

N. 5.

Olim Arca A. Fasciculus 88, N. 10.

1296, *Aprilis* 21, *Indictione* 9, *Caroli II. anno XII. Neapoli.*

Rex mandat Iustitiario Capitanatae, ut revocet ad Curiam Massariam Tortibuli, utpote patrimonialem (1) regii demanii, amoto quolibet illicito detentore, et illam adsignet Secreto Apuliae.
Per Bartholomaeum de Capua Protonotarium Regni Siciliae.

N. 6.

Olim Arca B. Fasciculus 7, N. 8.

1296, *Aprilis* 21, *Indictione* 9, *Concae.*

Commissarius Bertrandi Arthus Iustitiarii Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut exsequatur litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, forbannit introscriptos contumaces, et declarat nulla bona ad eos pertinentia invenisse.
Per Thomam Notarium Concae.

N. 7.

Olim Arca A. Fasciculus 86, N. 18.

1297, (1296) *Aprilis* 29, *Indictione* 9, *Caroli II. anno XII. Capuae.*

Petrus Iudicis Antonii expensor pecuniae necessariae operibus construendis in Turri S. Herasmi prope Capuam facit aestimari expensas altaris, et Armarii (2) in Capella prope ipsam Turrim.
Per Petrum de Aversana Notarium Capuae.

---

(1) Patrimonialia bona Principis ea erant, quae proprio nomine ad Principem pertinebant, et quae ad haeredem, etiamsi non successisset in imperio, transibant. Vid. Cuiac. *in Paratitl.* Lib. I. Cod. tit. XXXIII.

(2) Armarium in Glossariis Barbaris Bibliothecam indicat; adeoque eorum compilatores alias huius vocis significationes in monumentis medii aevi non invenisse videntur. Quum autem in nostra membrana evidenter indicet locum in Sacrario sacris paramentis adservandis deputatum, dicendum videtur eius scriptorem puriores latinae linguae auctores fuisse sequutum. Latine enim ea vox latissime patet; siquidem significat locum ubi vel cibaria, vel libri, vel aliud quidpiam recondi possit.

N. 8.

Olim Arca A. Fasciculus 13, N. 12.

1296, *Aprilis* 30, *Indictione* 9, *Caroli II. anno XII. Salerni.*

Guillelmus Malaharta Vicarius Principatus Salerni, et eiusdem Stratigotus, ut exsequatur mandatum Regium, quod exscribitur, per documenta, et testium depositiones singillatim recensitas declarat Monasterium Cavense a Catholicorum Regum temporibus consuevisse quotannis percipere decimas platearum (1) Salerni.

Per Petrum Marchisanum Notarium Salerni.

N. 9.

Olim Arca C. Fasciculus 20, N. 5.

1296, *Maii* 20, *Indictione* 9, *Caroli II. anno XII. in Monte S. Angeli.*

Quidam homines Terrae S. Angeli eligunt suum procuratorem Notarium Riccardum, ut adeat Iustitiarium Capitanatae, et ipsos purget crimine violatae defensae (2).

Per Petrum Notarium Montis S. Angeli.

N. 10.

Olim Arca A. Fasciculus 8, N. 7.

1296, *Iunii* 22, *Indictione* 9, *Materae.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Balduyno de Corbano Iustitiario Terrae-Ydronti, ut cogat Vas-

(1) *Decima platearum* idem fortasse fuit, ac *plateaticum;* sive ut alibi scribitur, *ius plateae*; scilicet tributum, quod in plateis, pro iure vendendi in plateis, sive, ut Leonis Ostiensis verbis utar, *pro transitu platearum*, idest viarum publicarum, praestabatur. Vid. Leon. Ostiens. Lib. I. cap. 59, et Lib. III. cap. 60, et Ughel. Tom. VII. p. 1329. Hoc ius Monasterio Cavensi in civitate Salerni nostra membrana adserit: quod admodum mirum est, quum Salernum Principem suum habeat, et huiusmodi iura ad pheudatarios pertinuerint. Vid. Winspear. *Stor. degli abusi feudali* Tom. I. pag. 96.

(2) *Defensam* explicavimus vol. I. pag. 97, not. (3) pro *loco pascuo* ad aliquem dominum spectante. Heic autem defensa aliud omnino indicat; est enim decretum, quo cavetur ne quis alterum offendat. Quod novum non est; nam praeter alia documenta, habetur etiam in Constit. Frederic. Lib. I. tit. XVI. ad XIX., ubi fuse de *defensa* hoc sensu agitur.

sallos Iohannis de Corbolio ad solvendam congruentem subventionem pro servitio pheudali praestito Curiae ab ipso; quae quidem subventio non excederet dimidium generalis subventionis (1).

Per Andream de Ravello Locumtenentem Protonotarii Regni Siciliae.

FASCICULUS XLIII.

N. 1.

Olim Arca D. Fasciculus 69, N. 5.

1296, *Iulii* 26, *Indictione* 9, *Caroli II. anno XII. Capuae.*

Notarius Taffurus instituit suum procuratorem Stancionum de Capua ut extrahat salmas frumenti 400 de portubus Apuliae uti sibi ab Rege concessum fuerat.

Per Nicolaum Albigramum Notarium Capuae.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 55, N. 12.

1296, *Augusti* 27, *Indictione* 9, *Caroli II. anno XII. Brundusii.*

Rex mandat Iustitiario Capitanatae, ut faciat assecurari Gualterium Filium Hugonis Comitis Brennae, et Lycii ab hominibus Terrarum, quas eius pater possederat in eodem Iustitiariatu.

Per Guillelmum de Godorlo Locumtenentem Cancellarii Regni Siciliae.

---

(1) In nostri Regni Capitulis praeceptum legimus quod vassallus teneatur subventionem domino praestare. Vid. Constitut. Reg. Sicil. Lib. III. tit. XIX., XX. et XXI. Hinc Robertus Vicarius vassallos Iohannis de Corbolio ad *subventionem congruam iuxta Regni consuetudinem domino solvendam adigit.* Quae autem sit congrua subventio, ex verbis ipsius diplomatis intelligimus: *Illam autem circa hec subventionem decernimus congruentem que medietatem presentis generalis subventionis vassallis ipsis imposite per Curiam seu servitii per eumdem Iohannem pro bonis ipsis pheudalibus ipsi curie debiti aliquatenus non excedat.*

N. 3.

Olim Arca B. Fasciculus 45, N. 3.

1296, *Augusti* 28, *Indictione* 9, *Caroli II. anno XII. Brundusii.*

Rex mandat Gentili de filiis Ursi Capitanei, et Iustitiarii Aprutii, ut faciat taxari generalem subventionem in sua provintia eodem modo, quo anno praecedenti.

Per Magistros Rationales.

N. 4.

Olim Arca B. Fasciculus 9, N. 19.

1296, *Augusti* 28, *Indictione* 9, *Caroli II. anno XII. Brundusii.*

Rex mandat Iustitiario Capitanatae, ut non compellat Iohannem Bartholomaei de Ricia ad monstram faciendam, dummodo constet illum solvisse pheudale servitium.

Per Magistros Rationales.

N. 5.

Olim Arca B. Fasciculus 3, N. 10.

1296, *Augusti* 28, *Indictione* 9, *Caroli II. anno XII. Brundusii.*

Rex mandat Iustitiario Capitanatae, ut exsequatur litteras suas, quae exscribuntur, et quibus praecipitur Universitatibus peculiariter memoratis, ut die 20 proximi Septembris mittant Fogiam tres syndicas ad audienda mandata pro expeditione in Siciliam facienda.

Per Guillelmum de Godorio Locumtenentem Cancellarii Regni Siciliae.

N. 6.

Olim Arca C. Fasciculus 32, N. 18.

1296, *Septembris* 1, *Indictione* 10, *Caroli II. anno XII. Fogiae.*

Petente Massario Curiae in Fogia, Iudex, et Notarius declarant ipsum recepisse quosdam servientes, eisque adsignasse gagia consueta.

Per Nicolaum Iudicis Peregrini Notarium Fogiae.

*

N. 7.

Olim Arca C. Fasciculus 32, N. 5.

1296, *Septembris* 4, *Indictione* 10, *Caroli II. anno XII. Brundusii.*

Rex mandat Nicolao de Luparia Capitaneo Civitatis, et Casalium Neapolis, ut exigat ab hominibus eorumdem uncias auri 668, tarenos 7, et granos 9, nec non ab Iudaeis dictae Civitatis uncias auri 24, et granos 15 pro generali subventione, eamque pecuniam adsignet Raynaldo de Avella Regni Siciliae Ammirato, ut eam impendat Teridis construendis.

Per Magistros Rationales.

N. 8.

Olim Arca C. Fasciculus 32, N. 6.

1296, *Septembris* 10, *Indictione* 10, *Caroli II. anno XII. Brundusii.*

Rex mandat Trogisio de Trogisio Capitaneo Generali ad guerram (1), et Iustitiario Terrae-Ydronti, ut recipiat Rogerium de Cusentia ad Notariatus officium, eique solvat quotannis uncias 16 parvi ponderis pro gagiis.

Per Magistros Rationales.

N. 9.

Olim Arca B. Fasciculus 9, N. 7.

1296, *Septembris* 15, *Indictione* 10, *Caroli II. anno XII. Brundusii.*

Rex mandat Trogisio de Trogisio Capitaneo Generali ad guerram, et Iustitiario Terrae-Ydronti, ut recipiat militem Raymundum de Principe, eique persolvat gagia consueta.

Per Magistros Rationales.

---

(1) Munus Capitanei generalis ad guerram aliud videtur esse ab officio Capitanei. Hic enim Civitates regebat, iustitiamque administrabat, uti legimus in Constit. Freder. Tit. XLIII. *De Offic. Capitan.* etc. Ille autem exercitui praeerat, resque ad bellum spectantes disponebat.

N. 10.

Olim Arca A. Fasciculus 86, N. 6.

1297, (1296) (1) *Septembris* 16, *Indictione* 10, *Caroli II. anno XII. Alixani.*

Rogerius de Cusentia, ut exsequatur mandatum Regium, quod exscribitur, incipit exercere officium Actorum Notarii apud Trogisium de Trogisio Generalem Capitaneum, et Iustitiarium Terrae-Ydronti.
Per Nicolaum de Arnisio Notarium Alixani.

FASCICULUS XLIV.

N. 1.

Olim Arca D. Fasciculus 52, N. 12.

1297, (1296) *Septembris* 18, *Indictione* 10, *Caroli II. anno XII. Alixani.*

Petente Trogisio de Trogisio Capitaneo, et Iustitiario Terrae-Ydronti transumitur in formam publicam mandatum Regium, quo ei praecipitur, ut conservet Henricum Archiepiscopum Tarentinum (2), eiusque Vassallos in possessione iuris pascuorum, et aquae Terrarum vicinarum.
Per Nicolaum de Arnisio Notarium Alixani.

---

(1) Quum mandatum Regium, quod exscribitur, N. 8 recensuerimus, *datum anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto die decimo septembris*, et eius exsequutio diu differri non potuerit, nostram membranam etiam anno 1296 scriptam esse putamus.
(2) De hoc Archiepiscopo vide Ughel. *Ital. Sacr.* Tom. IX. col. 137.

N. 2.

Olim Arca B. Fasciculus 6, N. 10.

1296, *Septembris* 23, *Indictione* 10, *Caroli II. anno XII. Troiae*.

Rostaynus de Agoto Iustitiarius Capitanatae, ut exsequatur mandatum Regium, quod exscribitur, mandat expensoribus, et viro statuto ad recolligendam pecuniam pro opere Castri Troiae (1), ut prosequantur instanter reparationem dicti Castri.
Per Riccardum de Magistro Iohanne Notarium Troiae.

N. 3.

Olim Arca B. Fasciculus 53, N. 3.

1296, *Septembris* 26, *Indictione* 10, *Caroli II. anno XII. Theani*.

Commissarius Bartholomaei de Arcu Iustitiarii Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut exsequatur litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, dat Procuratori Curiae possessionem bonorum stabilium Matthaei Manchini, et Paridis Ganofori contumacium.
Per Nicolaum Notarium Theani.

N. 4.

Olim Arca B. Fasciculus 56, N. 10.

1296, *Octobris* 20, *Indictione* 10, *Caroli II. anno XII. Romae* (2).

Rex mandat Bartholomaeo de Arcu Iustitiario Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut exsequatur mandatum exscriptum, et solvat

(1) *Expensores* medio aevo erant qui pecuniam alicui operi destinatam impendebant. Quare in nostris membranis, quoties opus aliquod faciendum esset, expensores ab Rege constitutos videmus. *Collectoris* autem erat pecuniam exigere. Hinc quum Castrum Troiae reparandum esset, Rex nonnullis Universitatibus pecuniam imperavit; ac deinde tum qui eam colligerent, tum qui impenderent, elegit.

(2) In hac membrana Carolus Romae scribit, quo fortasse venerat, ut nuptias Roberti filii sui cum Violanta sorore Iacobi Regis Aragoniae celebraret, atque ut de recuperanda Sicilia ageret. Re sane vera inter alia pacta; quae cum Iacobo inita fuere, illud est, quod ipse Siciliam Carolo restitueret. Vid. Constant. lib. III. Carus. *Stor. di Sicil.* part. II. vol. II. lib. 2. At Frederico, qui Iacobi partes in hac insula agebat, Siculisque ipsis id maxime dis-

quotannis Francisco de Barracio uncias auri 14, et tarenos 22 cum dimidio, et residuum usque ad uncias 20 retineat pro servitio contingenti (1), donec Terra eiusdem valoris ei tradatur.

Per Magistros Rationales.

N. 5.

Olim Arca B. Fasciculus 53, N. 8.

1296, *Octobris* 28, *Indictione* 10, *Caroli II. anno XII. S. Angeli in Theodice* (2).

Commissarius Bartholomaei de Arcu Iustitiarii Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut eius litteras exsequatur, quae exscribuntur, declarat quamdam Altabisum paratam esse ad accusandum Petrum de Floxadona Levirum suum de uxoris occisione, dum eius vir nolebat ipsam adsistere in hoc iudicio.

Per Iohannem Millaczolum Notarium S. Angeli in Theodice, et totius Abbatiae Cassinensis.

N. 6.

Olim Arca C. Fasciculus 30, N. 10.

1296, *Novembris* 27, *Indictione* 10, *Caroli II. anno XII. Romae.*

Rex mandat R. Episcopo Rapollano (3), Petro de Marra, et Henrico de Hervilla Secreto, Magistro Portulano, Procuratori, ac Magistro

---

plicuit: propterea Legati tum ad Pontificem, tum ad Iacobum missi sunt. Quum autem propositum sibi finem non essent adsequuti, ita rem egerunt, ut Siculi anno 1296, VIII. Kal. Aprilis Fredericum Regem solemni ritu eligerent. Vid. Constant. loc. cit. Raynald. ad an. 1296. Tunc bellum varia fortuna instauratum est; et Pontifex, ut Iacobi cum Carolo conciliationem magis magisque obfirmaret, nuptias inter illius sororem, et huius filium constituit.

(1) Servitium debitum a Francisco de Barracio unius militis esse liquet ex his, quae leguntur in membran. 10, ibi enim eadem summa unciarum quinque et quarta parte statuitur pro integro servitio militari.

(2) De hoc casali, quod ad Monasterium Casinense pertinebat, immo inter Abbatiae Casinensis fines comprehendebatur, mentionem facit Erasmus Gattola *De origine et Progressu iurisdict. Monast. Cassin.* Tom. I. pag. 186, Ven. 1734.

(3) Scilicet Rogerus, qui ab anno 1280 ad 1305 Rapollanae praefuit Ecclesiae, et a Carolo II. Commissarius classis in Siciliam parandae anno 1296 delectus est. Vid. Ughel. *Ital. Sacr.* Tom. VII. col. 880. In nostro autem Tabulario plures adsunt membranae, in quibus mandata huic Episcopo, Petro de Marra, ac Henrico de Hervilla Magistro Portulano etc. data leguntur; quod fortasse aliud munus ei collatum ostendit, scilicet ut his Curiae officialibus praeesset.

Salis Curiae in Apulia, ut sinant Bartholomaeum Siginulfi extrahere de portubus dictae Provinciae frumenti salmas 1000 sine iure exiturae, vehendas ad loca licita.

Per Magistros Rationales.

N. 7.

Olim Arca B. Fasciculus 28, N. 4.

1296, *Novembris* 30, *Indictione* 10, *Caroli II. anno XII. Sulmonae.*

Petentibus Baiulis Sulmonae, transumitur in formam publicam instrumentum, quo Armanninus de Arlatis Domicellus Regis Siciliae (1) constituit procuratores peculiariter memoratos ad exigendas quotannis a supradictis Baiulis uncias auri 20 sibi ab Rege concessas.

Per Odderium Iudicis Iohannis Notarium Sulmonae.

N. 8.

Olim Arca C. Fasciculus 31, N. 16.

1297, *Ianuarii* 8, *Indictione* 10, *Caroli II. anno XIII. Romae.*

Rex mandat Secreto Aprutii, ut solvat Monasterio S. Mariae de Collemadio prope Aquilam quotannis uncias auri 40 de proventibus Baiulationis Aquilae, et Monasterio S. Spiritus de Sulmona uncias 10 de proventibus Baiulationis Sulmonae.

Per Magistros Rationales.

N. 9.

Olim Arca C. Fasciculus 33, N. 10.

1297, *Ianuarii* 22, *Indictione* 10, *Caroli II. anno XIII. Licii.*

Commissarius Trogisii de Trogisio Generalis Capitanei, et Iustitiarii Terrae-Ydronti, ut exsequatur litteras eiusdem Capitanei, quae exscribuntur, forbannit Iohannem de Muscato, et declarat nulla bona ad eum pertinentia invenisse.

Per Rogerium Notarium Licii.

---

(1) Ceteras inter significationes vocis *Domicelli*, ea est, qua nobiliores famuli denotantur. Vid. *Statut. Urb. Mediol.* part. II. cap. 108. Noster quidem Armanninus erat Domicellus Regis; sed Fascic. XLVI. N. 4 invenies alium adpellari Domicellum Episcopi Sabinensis.

N. 10.

Olim Arca C. Fasciculus 35, N. 6.

1297, *Februarii* 1, *Indictione* 10, *Caroli II. anno XIII. Piscariae.*

Petente Sudogerio filio quondam Stephani de Bellicadro, transumitur in formam publicam mandatum Regium, quo iniungitur Secretis Apuliae, ut in excambium Castri Caviliae solvant eidem Sudogerio annuas uncias auri 10 sub servitio dimidii militis, donec Terra eiusdem valoris ei adsignetur.

Per Angelum Magistri Angeli Notarium Piscariae.

FASCICULUS XLV.

N. 1.

Olim Arca B. Fasciculus 55, N. 12.

1297, *Februarii* 6, *Indictione* 10, *Caroli II. anno XIII. Neritone.*

Commissarii Trogisii de Trogisio Generalis Capitanei, et Iustitiarii Terrae-Ydronti, ut exsequantur litteras eiusdem Capitanei, quae exscribuntur, iniungunt Baronibus, et pheudatariis singillatim recensitis, ut adeant ipsum Capitaneum apud Iordianum ad praestandum pheudale servitium.

Per Nicolaum de Magistro Georgio Notarium Neritonis.

N. 2.

Olim Arca B. Fasciculus 23, N. 15.

1297, *Martii* 12, *Indictione* 10, *Caroli II. anno XIII. Caleni.*

Commissarius Bartholomaei de Arcu Iustitiarii Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut exsequatur litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, forbannit homines singillatim recensitos, et declarat nulla bona ad ipsos pertinentia invenisse.

Per Matthaeum Notarii Iacobi Notarium Caleni.

N. 3.

Olim Arca G. Fasciculus 69, N. 16.

1297, *Martii* 16, *Indictione* 10, *Neapoli.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Iustitiario Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut non exigat ab hominibus castri Macclae vassallis Riccardi de Agello pecuniam generalis subventionis, donec satisfactum sit eidem Riccardo a Curia de unciis auri 34.

Per Bartholomaeum de Capua Logothetam, et Protonotarium Regni Siciliae.

N. 4.

Olim Arca A. Fasciculus 86, N. 17.

1297, *Aprilis* 5, *Indictione* 10, *Caroli II. anno XIII. Piscariae.*

Matthaeus de Partuto Vicemagister Portulanus, et Procurator Aprutii, per testium depositiones recensitas, declarat tantum iura Dohanae, et Fundici Piscariae pertinere ad Regium demanium (1).

Per Manfridum Notarii Matthaei Notarium Piscariae.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 60, N. 5.

1297, *Aprilis* 5, *Indictione* 10, *Caroli II. anno XIII. Aversae.*

Commissarius Bartholomaei de Arcu Iustitiarii Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut exsequatur litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, post subhastationem vendit pro Curia tertiam partem bonorum mobilium Pauli Ussignoli accusatoris contumacis.

Per Petrum de Ambrosio Notarium Aversae.

---

(1) *Demanium*, vel *domanium* res indicat Regis, quae alienari non possunt. Vid. *Edict. Iacob. Sic. Reg. an. 1285* apud de Lauriere in *Gloss. iuris Gall.* Quidnam autem *demania* a ceteris bonis Curiae differant, eruitur ex *adnotat.* Andreae de Isernia ad *Constitut.* Frideric. Lib. III. tit. 4.

N. 6.

Olim Arca A. Fasciculus 82, N. 17.

1297, *Aprilis* 19, *Indictione* 10, *Caroli II. anno XIII. Venafri.*

Commissarii Bartholomaei de Arcu Iustitiarii Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut exsequantur mandatum Roberti Ducis Calabriae, Vicarii Generalis in Regno Siciliae denunciatum per litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, iniungunt pheudatariis singillatim recensitis, ut die 29 Aprilis conferant se Melfiam cum pheudali servitio ad monstram faciendam, ac deinde procedendum contra hostes (1).

Per Matthaeum Notarium Venafri.

N. 7.

Olim Arca G. Fasciculus 81, N. 10.

1297, *Aprilis* 20, *Indictione* 10, *Caroli II. anno XIII. Roccae Maginolfi.*

Commissarii Bartholomaei de Arcu Iustitiarii Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut exsequantur mandatum Roberti Ducis Calabriae, Vicarii Generalis in Regno Siciliae denunciatum per litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, iniungunt Baronibus singillatim recensitis, ut ad finem mensis Aprilis conferant se Melfiam ad monstram faciendam.

Per Nicolaum Notarium Roccae Maginolfi.

N. 8.

Olim Arca F. Fasciculus 43, N. 9.

1297, *Aprilis* 28, *Indictione* 10, *Neapoli.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae dat Riccardo de Arenis possessionem Terrae, et Castri Arenarum, et Casalium Suriani, et S. Catharinae sitorum in Iustitiaratu Calabriae, eique promittit confirmationem Caroli II., dummodo infra Kalendas Augusti ad Ecclesiae Romanae, et Regis fidem redeat, a qua defecerat.

Per Bartholomaeum de Capua Logothetam, et Protonotarium Regni Siciliae.

---

(1) Ex his, quae pag. 174. not. (2) diximus, facile quisque colliget hostes Siculos in hac membrana indicari, cum quibus insequenti anno acriter pugnatum est, ut suo loco animadvertemus.

N. 9.

Olim Arca .. Fasciculus .., N. ..

1297, *Maii* 4, *Indictione* 10, *Neapoli*.

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat (Guillelmo) Malart Vicario Principatus Salerni, et Stratigoto ipsius Civitatis, ut solvat Iohanni ...... uncias auri 10 ponderis generalis (1) pro sumptibus itineris ad exercitum.

Per Bartholomaeum de Capua Logothetam, et Protonotarium Regni Siciliae.

N. 10.

Olim Arca D. Fasciculus 79, N. 18.

1297, *Maii* 5, *Indictione* 10, *Neapoli*.

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Iustitiario Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut eximat Castrum Macclae prope Iserniam a solutione unciarum 5, tarenorum 3, et granorum 11 debitorum pro generali subventione, quia non erat par solvendo, et ipsam pecuniam imponat Terris finitimis.

Per Bartholomaeum de Capua Logothetam, et Protonotarium Regni Siciliae.

FASCICULUS XLVI.

N. 1.

Olim Arca G. Fasciculus 4, N. 17.

1297, *Maii* 5, *Indictione* 10, *Neapoli*.

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Francisco de Ebulo Iustitiario Capitanatae, ut acceptet vo-

(1) Si cui scrupulum iniiciat hoc Vicarii Regni mandatum, quo nulla Principis Salernitani ratione habita, pecunia inde exigitur; notitiam, quam subdimus, prae oculis habeat. Nempe Principatus Salerni tunc temporis ad Regem pertinebat; siquidem mortuo Carolo Martello ad Curiam fuerat devolutus; ac tandem anno 1304, III. Non. Mai. Roberto Duci Calabriae concessus fuit. V.d. Reg. sign. 1304 C. fol. 24 a 1.°

luntariam oblationem tarenorum 5 additam singulis unciis generalis subventionis, et exhibitam ab Universitatibus Fogiae, Troiae, Excoli, et S. Severi pro custodia Manfridoniae (1), et donec incipiat haec solutio, compellat dictas Universitates ad Custodes mittendos.

Per Bartholomaeum de Capua Logothetam, et Protonotarium Regni Siciliae.

N. 2.

Olim Arca G. Fasciculus 3, N. 18.

1297, *Maii 22*, *Indictione* 10, *Melfiae.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Bartholomaeo de Arcu Iustitiario Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut non procedat contra Berterandum Artus pheudatarium, eo quod monstram fecerat.

Per Nicolaum Fricziam de Ravello Locumtenentem Protonotarii Regni Siciliae.

N. 3.

Olim Arca G. Fasciculus 29, N. 16.

1297, *Maii 23*, *Indictione* 10, *Melfiae.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Iustitiario Terrae-Laboris, ut non procedat contra Iohannem de Iannilla pheudatarium, eo quod monstram fecerat.

Per Nicolaum Fricziam de Ravello Locumtenentem Protonotarii Regni Siciliae.

---

(1) Decreverat Rex, ut Terra Manfridoniae ab hominibus Capitanatae custodiretur, ne quid damni ab hostibus caperet. Universitates autem Fogiae, Troiae, Exeoli, et S. Severi, ne ad dictam custodiam hoc anno compellerentur, aliquod subsidium pecuniarium promiserunt, Regi ipsi hoc negotium commendatum relinquentes. Quare Regni Vicarius, ut vides, mandat Iustitiario Capitanatae, ut hanc pecuniam exigat, et si quae aliae Universitates idem subsidium praestare voluerint, recipiat.

N. 4.

Olim Arca G. Fasciculus 44, N. 5.

1297, *Maii 24*, *Indictione* 10, *Melfiae.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Bartholomaeo de Arcu Iustitiario Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut usque ad suum beneplacitum eximat Franciscum de Gaynato Domicellum Domini G. Sabinensis Episcopi a praestatione servitii debiti pro bonis pheudalibus.

Per Bartholomaeum de Capua Logothetam, et Protonotarium Regni Siciliae.

N. 5.

Olim Arca B. Fasciculus 52, N. 13.

1297, *Maii 25*, *Indictione* 10, *Caroli II. anno XIII. Magdaloni.*

Commissarii Bartholomaei de Arcu Iustitiarii Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut exsequantur mandatum Roberti Ducis Calabriae, Vicarii Generalis in Regno Siciliae denuntiatum per litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, iniungunt Baronibus singillatim recensitis, ut conferant se Venusium ad monstram faciendam.

Per Andream de Thomasio Notarium Magdaloni.

N. 6.

Olim Arca F. Fasciculus 3, N. 14.

1297, *Maii 27*, *Indictione* 10, *Melfiae.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Iustitiario Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut non procedat contra Rahonem de Trentanario pheudatarium, quia monstram fecerat.

Per Nicolaum Fricziam de Ravello Locumtenentem Protonotarii Regni Siciliae.

N. 7.

Olim Arca A. Fasciculus 62, N. 9.*

1297, *Maii* 27, *Indictione* 10, *Melfiae.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Secreto Aprutii, ut solvat Monasterio S. Mariae de Colle-Madii de Aquila uncias auri 40, et Monasterio S. Spiritus de Murrone uncias auri 10 a Carolo II. eisdem concessas.
Per Bartholomaeum de Capua Logothetam, et Protonotarium Regni Siciliae.

N. 8.

Olim Arca F. Fasciculus 11, N. 11.

1297, *Maii* 27, *Indictione* 10, *Melfiae.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Bartholomaeo de Arcu Iustitiario Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut non procedat contra Benedictum de Catellis pheudatarium, quia monstram fecerat.
Per Nicolaum Fricziam de Ravello Locumtenentem Protonotarii Regni Siciliae.

N. 9.

Olim Arca K. Fasciculus 31, N. 24.

1297, *Maii* 29, *Indictione* 10, *Melfiae.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Gentili de Filiis Ursi Capitaneo, et Iustitiario Aprutii, ut statim solvat Reginae Hierusalem, Siciliae, et Hungariae matri suae uncias auri 200 pro expensis hospitii.
Per Bartholomaeum de Capua Logothetam, et Protonotarium Regni Siciliae.

N. 10.

Olim Arca H. Fasciculus 38, N. 7.

1297, *Maii 30*, *Indictione* 10, *Melfiae*.

Robertus Dux Calabriae, Vicariua Generalis in Regno Siciliae mandat Henrico de Hervilla Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori Apuliae, ut non exigat a pupillis Goffridi de Iamvilla adohamentum pro dicto anno, quia Iohannes eorum patruus pro ipsis monstram fecerat.

Per Bartholomaeum de Capua Logothetam, et Protonotarium Regni Siciliae.

FASCICULUS XLVII.

N. 1.

Olim. Arca K. Fasciculus 42, N. 8.

1297, *Maii 30*, *Indictione* 10, *Melfiae*.

Robertus Dux Calabriae, Vicariua Generalis in Regno Siciliae mandat Iustitiario Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut non procedat contra Raymundum Berlengerium pheudatarium, quia monstram fecerat.

Per Nicolaum Fricziam de Ravello Locumtenentem Protonotarii Regni Siciliae.

N. 2.

Olim Arca K. Fasciculus 42, N. 16.

1297, *Iunii 2*, *Indictione* 10, *Melfiae*.

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Francisco de Ebulo Iustitiario Capitanatae, ut non procedat contra Bartholomaeum de Capua pheudatarium, quia monstram fecerat.

Per Nicolaum Fricziam de Ravello Locumtenentem Protonotarii Regni Siciliae.

N. 3.

Olim Arca D. Fasciculus 39, N. 12.

1297, *Iunii* 5, *Indictione* 10, *Melfiae.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Philippo Macza Capitaneo Civitatis Melfiae, ut in causis, quae sunt iurisdictionis, et mixti imperii tam inchoatis, quam inchoandis, etiam praesente Iustitiario, procedat; in iis vero, quae sunt meri imperii procedat tantum absente Iustitiario (1).

Per Bartholomaeum de Capua Logothetam, et Protonotarium Regni Siciliae.

N. 4.

Olim Arca K. Fasciculus 52, N. 8.

(1297) (2), *Iunii* 11, *Indictione* 10, *Neapoli.*

Maria Regina Ierusalem, Siciliae, et Hungariae declarat se recepisse a Gentile de Filiis Ursi Generali Capitaneo, et Iustitiario Aprutii, et ab Aerario dimidium unciarum 200 sibi debitarum pro expensis hospitii sui.

---

(1) Neminem latet *meri imperii* nomine ius summum, et gladii potestatem, quae soli Regi competit, intelligi. Vid. ff. *de publ. iudic.* l. 2. et Constit. Freder. Lib. I. tit. XLIX., et ibid. adnot. Iurisdictio vero est potestas iudicandi in caussis civilibus L. *imperium* L. *iubere* D. *de iurisdictione. Mixtum* autem *imperium* est *Iustitia media;* et dicitur *mixtum*, quia est composita quasi ex Iurisdictione, et mero imperio; qua scilicet omnimoda potestas, praeter poenam sanguinis, significatur. Vid. *Cur. General. Barcinon. a Petro II. Rege Aragon. acta an. 1283*, cap. 4., Steph. Turn. Ep. 132., Alc. *Parerg.* lib. II. cap. 7, et 8. Hinc saepe merum, et mixtum imperium coniungitur ad omnimodam iurisdictionem denotandam. Vid. Rymer. T. III. p. 372. Haec autem meminisse satis est, ut intelligatur, cur Capitaneo Civitatis Melfiae concedatur exercitium iurisdictionis, et mixti imperii, non autem meri imperii, nisi absente Iustitiario.

(2) Haec membrana exsequutionem mandati Roberti Ducis Calabriae, Vicarii Generalis in Regno Siciliae, continet, quod nos recensuimus Fasc. XLVI N. 9. Quum ergo illud datum sit *anno domini M.° CC.° XCVII.° die XXIX.° mensis Maii decime indictionis*, et nostra membrana diem III. Id. Iun. eiusdem indictionis prae se ferat, certe ad eumdem annum pertinere debet.

N. 5.

Olim Arca C. Fasciculus 62, N. 13.

1297, *Iunii* 11, *Indictione* 10, *Trani.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Bartholomaeo de Arcu Iustitiario Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut non compellat Gilibertum de Salerno ad monstram faciendam pro servitio pheudali, quia profectus erat contra hostes.
Per Nicolaum Fricziam de Ravello (1) *Locumtenentem Protonotarii Regni Siciliae.*

N. 6.

Olim Arca .. Fasciculus 30, N. 8.

(1297), *Iunii* 11, *Indictione* 10, *Caroli II. anno. XIII. Cerreti.*

Petente *Pre onerio* (2) Bartholomaei de Arcu Iustitiarii Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, Iudex, et Notarius declarant Paulum Munzula morte naturali obiisse in carcere praedicti Iustitiarii.
Per Dyobaldum Notarium Cerreti.

N. 7.

Olim Arca G. Fasciculus 2, N. 9.

1297, *Iunii* 12, *Indictione* 10, *Trani.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Henrico de Hervilla Secreto, et Magistro Portulano Apuliae, ut sinat quosdam mercatores de societate Aczarolorum, et Mozorum

(1) Diu quaesivimus, cur in Diplomatis modo Bartholomaeus de Capua Logotheta, et Protonotarius, modo Nicolaus Fricxia ipsius locum tenens se subscribat. At nostrae difficultati satis fecit Marin. Freccia *De Subfeud.* Lib. I. *de Offic. Logothet.*, *et Protonot.*, qui id factum fuisse docet ex peculiari Caroli II. privilegio: ait enim N. 18: *Bartholomaeum de Capua in suo officio ex potestate sibi tradita ab inclyto Carolo II. Dominum Nicolaum Frecciam iurisperitum..........subrogasse.* De Nicolao Fricxia vid. etiam Petr. Vincenti *Teatro delli Protonotarii del Regno* pag. 75. Nap. 1607.

(2) Hac voce carceris custos indicatur, Vid. *Constitut. Iacob. Reg. Sicil.* cap. 55.

de Florentia extrahere salmas frumenti 1300 vehendas ad loca licita extra Regnum.

Per Bartholomaeum de Capua Logothetam, et Protonotarium Regni Siciliae.

N. 8.

Olim Arca F. Fasciculus 68, N. 5.

1297, *Iunii* 17, *Indictione* 10, *Bari.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Iustitiario Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut non procedat contra Rogerium de Castropiniano, quia eius filius Thomasius se obtulerat ad monstram faciendam.

Per Nicolaum Frieziam de Ravello Locumtenentem Protonotarii Regni Siciliae.

N. 9.

Olim Arca D. Fasciculus 76, N. 7.

1297, *Iunii* 17, *Indictione* 10, *Bari.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Bartholomaeo de Arcu Iustitiario Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut Castrum Lupici (1) auferat a Iohanne de Monte-Nigro excommunicato a Pontifice Romano, et tradat in commendam Raynaldo Gaulardo de Pies Panettario Regni Siciliae.

Per Bartholomaeum de Capua Logothetam, et Protonotarium Regni Siciliae.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 36, N. 14.

1297, *Iunii* 18, *Indictione* 10, *Bari.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Iustitiario Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut non pro-

(1) Hoc Castrum in Iustitiariatu Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii positum fuisse ex membrana scimus; et per excommunicationem amissum fuerat a Iohanne de Monte-Nigro. Porro ea tradi in commendam dicebantur, quae vel ad vitam, vel ad tempus alicui concessa erant. Vid. *Pact. Leg. Salic.* tit. 72, Will. Malmesbur. lib. II. *de Gest. Reg. Angl.* cap. 7.

cedat contra pheudatarios singillatim recensitos, quia pheudale servitium solverant.
Per Nicolaum Fricziam de Ravello Locumtenentem Protonotarii Regni Siciliae.

FASCICULUS XLVIII.

N. 1.

Olim Arca A. Fasciculus 63, N. 13.

1297, *Iunii* 20, *Indictione* 10, *Bari.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Iustitiario Capitanatae, ut non procedat contra Americum de Suz pheudatarium, quia monstram fecerat pro se, et suis filiabus.
Per Nicolaum Fricziam de Ravello Locumtenentem Protonotarii Regni Siciliae.

N. 2.

Olim Arca H. Fasciculus 48, N. 21.

1297, *Iunii* 22, *Indictione* 10, *Bari.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae, mandat Iustitiario Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut non procedat contra bona Raymundi Malecta pheudatarii, quia monstram fecerat: exigat tamen ab eo poenam, quia intra terminum non comparuerat (1).
Per Nicolaum Fricziam de Ravello Locumtenentem Protonotarii Regni Siciliae.

---

(1) Quaenam sit haec poena, quam ab Raymundo Malecta Iustitiarius exigere debebat, nescimus. Certe in mandato Roberti Ducis Calabriae, Vicarii Generalis in Regno Siciliae, quod Fasc. XLV. N. 7, et Fascic. XLVI. N. 5, recensuimus, quo pheudatarii ad monstram faciendam adiguntur, sic scribitur:
» sub pena terrarum omnium et bonorum suorum pheudalium que si contra fe-
» cerint ipso facto fisci iuribus volumus applicari non obstante quod vassallus sit
» ter de servitio requirendus antequam possit per exquardium bonis pheudalibus
» disaysiri eum omnia iura promissis refragantia ex certa scientia si secus factum
» fuerit in actu presenti tantummodo quantum ad premissum articulum tollere
» intendamus et sub maiori etiam pena eis Regio arbitrio infligenda.

N. 3.

Olim Arca B. Fasciculus 21, N. 5.

1297, *Iunii* 27, *Indictione* 10, *Caroli II. anno XIII. Lauri.*

Commissarii Bartholomaei de Arcu Iustitiarii Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut exsequantur litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, forbaniunt homines singillatim recensitos, et declarant nulla bona ad eos pertinentia invenisse.

Per Iacobum Notarium Lauri.

N. 4.

Olim Arca K. Fasciculus 43, N. 15.

(1297), *Iunii* 28, (*Indictione* 10) (1).

Maria uxor Caroli II. mandat Henrico de Hervilla Secreto Apuliae, ut solvat Seriae nutrici Ludovici Episcopi Tolosani (2) filii sui debitam pecuniae quantitatem.

---

(1) In hac membrana annus, et indictio desiderantur. Nos autem annum 1297; et X. indictionem adposuimus ea praesertim de causa, quia Ludovicus Episcopus Tolosanus, uti adhuc vivens, memoratur, qui mense Decembri 1296 Episcopus consecratus est, et mense Augusti 1297 obiit, uti in sequenti adnotatione videbimus.

(2) Quum de hoc Regni nostri haerede Historici nostrates aut nullas, aut paucula interseraot notitias; placebit fortasse alicui lectori eas heic collectas, et suo ordine digestas reperire. Inter filios Caroli II. Ludovicus secundo loco natus est Nuceriae Christianorum anno 1274, vel 1275. Vid. *Genealog. Car. I.* et Walding. *Annal. Minor.* an. 1275. Tom. IV. pag. 418. Anno 1288 pro patris libertate obses in Hispaniam mittitur. Vid. pag. 42, not. (1), Anonym. *de Rebus Sicul.*, et Walding. ad an. 1288, qui etiam eius vitam per septennium, quo obses in arce Sinvana fuit, describit. Anno 1295, prid. Kal. Novemb. e custodia liberatur. Vid. pag. 159, not. (2), ac statim abdicato iure ad regnum, clericali militiae nomen dedit. Postea, quum Patrem sequens in Italiam rediret, Florentiae paulisper cum Matre, et Carolo Martello commoratus est. Hinc Romam profectus mense Decembris 1295 Minores Ordines, et Subdiaconatum a Pontifico Romano suscepit, ac pergens Neapolim, ibi in Ecclesia S. Laurentii anno 1296 tum Diaconus, tum Sacerdos est ordinatus. Eodem anno VIII. Id. Decemb. Hugo Mascarius Episcopus Tolosanus obiit, et Bonifacius VIII. Ludovicum huius Ecclesiae Episcopum designavit. Qui eo anno VIII. Kal. Ian. ordinis S. Francisci habitum suscepit, et postea Episcopus consecratus est. Exstat apud Raynald. bulla Bonifacii VIII., qua eum Episcopum Tolosanum eligit, legesque Ecclesiasticas de aetate pro eo solvit. Tandem anno 1297 XIV. Kal. Se-

N. 5.

Olim Arca A. Fasciculus 85, N. 17.

1297, *Iulii* 10, *Indictione* 10, *Caroli II. anno XIII. Campobassi.*

Baiulus Campibassi, ut exsequatur mandatum Roberti Ducis Calabriae, Vicarii Generalis in Regno Siciliae, denunciatum per litteras Bartholomaei de Arcu Iustitiarii Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, quae exscribuntur, forbannit Robertum de Tancredo, quia falsis litteris usus fuerat ad obtinendum Notarii officium, et declarat nulla bona ad eum pertinentia invenisse.

Per Philippum de Flanda Notarium Campibassi.

N. 6.

Olim Arca A. Fasciculus 65, N. 14.

1297, *Iulii* 24, *Indictione* 10, *Neapoli.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Bartholomaeo de Arcu Iustitiario Terrae-Laboris, et Comita-

ptemb. Brincolae obiit. Vid. *Histoire de la Maison de France* an. 1297. c. 14. Sammarthan., Raynald. ad an. 1297. Non desunt tamen, qui eius mortem anno 1298 evenisse scribunt; sed satis refutantur tum ex auctoritate scriptorum, tum ex bulla Bonifacii VIII., qua successorem Episcopum Tolosanum nominat XVI. Kal. Apr. Pontificatus anno IV., scilicet an. 1298. Vid. Sammarthan., tum ex alia nostri Tabularii membrana, in qua iam mortuus scribitur Non. Iun. 1298. Vid. Fasc. L. N. 8. Non displicebit tandem integram membranam heic exscribere, praesertim quum Gallico idiomate, aliquantulum obsoleto, sit exarata.

» Mario par la grace de Dieu Reine de Ierusalem de Secile et do Hon-
» guerio A son ame vallet et familier Henri de Hervile secre de puville sa
» graee et sa boenno voleote Comme notres tres chiers sires li Rois ait donne
» picea pour savie a Serio nourrice iadis de notre tres chier fil Loys levesque
» de Toulouse certeinne quantite de monnoie et de ce eleva ses letres pendans
» quo vous le doies pair de la monnoie qui vient par vos meios de votre of-
» fice et nous avoos entendu par sa peticion que vous ne la paira pas si com-
» me vous deves ne si commo monsegneur vous mando nous vous mandons et
» prions tant especianment commo nous poous que vous pour lameur de nous
» laies pour recommandie et quo vous la doies paier se non le commandement
» do notro chior fil le Duc de Calabre si enfetes tant quo nous vous ensachous
» boen gre ecr ce que vous feres pour li nous tenrons fet a nous Diex vous
» gart Donnee an chatel neuf de Naples dessous notre petit scel lo XXVIII
» Iour de ce mois de Iuing.

tus Molisii, ut non compellat Iohannem de Harella Castellanum Turris-Maioris de Salerno ad solvendum pheudale servitium, quia hoc fuerat compensatum eum gagiis, quae percipere debuisset ob munus Castellaniae.

Per Bartholomaeum de Capua Logothetam, et Protonotarium Regni Siciliae.

N. 7.

Olim Arca K. Fasciculus 48, N. 15.

1297, *Iulii* 30, *Indictione* 10, *Neapoli.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Bartholomaeo de Arcu, ut det Margaritae Extendardae viduae Iohannis Clinecti possessionem bonorum pheudalium viri sui, dummodo constet eam esse gravidam.

Per Nicolaum Fricziam de Ravello Locumtenentem Protonotarii Regni Siciliae.

N. 8.

Olim Arca B. Fascieulus 59, N 18.

1297, *Iulii* 31, *Indictione* 10, *Caroli II. anno XIII. Alixani.*

Trogisius de Trogisio Capitaneus Generalis, et Iustitiarius Terrae-Ydronti, ut exsequatur litteras Roberti Ducis Calabriae, Vicarii Generalis in Regno Siciliae, substituit quosdam milites stipendiariis, qui muneri suo non incubuerunt.

Per Nicolaum de Arnisio Notarium Alixani.

N. 9.

Olim Arca C. Fasciculus 88, N. 16.

1297, *Augusti* 6, *Indictione* 10, *Neapoli.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Bartholomaeo de Arcu Iustitiario Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut mittat ad Curiam partem adohamenti iam solutam a Roberto de Alneto, et praestet notitias, et auxilium opportunum Raynerio de Bene Notario Regio ad exigendum residuum.

Per Bartholomaeum de Capua Logothetam, et Protonotarium Regni Siciliae.

N. 10.

Olim Arca B. Fasciculus 1, N. 1.

1297, *Septembris* 1, *Indictione* 11, *Caroli II. anno XIII.*
Putheoli (1).

Universitas Putheoli, ut exsequatur litteras Bartholomaei de Arcu Iustitiarii Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, eligit Magistrum Iuratum, et Iudices pro anno supradicto.

Per Iohannem de Symone Notarium Putheoli.

FASCICULUS XLIX.

N. 1.

Olim Arca B. Fasciculus 23, N. 13.

1298, (1297) *Septembris* 3, *Indictione* 11, *Caroli II. anno XIII.*
Baroli.

Petente R. Episcopo Rapollano, et Petro de Marra, transumitur in formam publicam mandatum Regium, quo praecipitur ipsis, et Henrico de Hervilla Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori Apuliae, ut sinant Iohannem Pipinum (2) extrahere de portubus Apuliae frumenti salmas 3000 vehendas extra Regnum ad loca licita sine iure exiturae, pro pecunia, quam impenderat in itinere Regis ultra montes.

Per Thomasium de Flore Notarium Baroli.

N. 2.

Olim Arca C. Fasciculus 32, N. 1.

1297, *Septembris* 4, *Indictione* 11, *Caroli II. anno XIII.*
Suessae.

Universitas Suessae, ut exsequatur litteras Bartholomaei de Arcu

---

(1) Ita in membrana pro Puteolis.

(2) Hic Iohannes Pipinus sub Carolo I. et II. vixit, ac primum Notariatus officium gessit; postea Regiae pecuniae administrandae in aliquibus regni provinciis deputatus fuit, et pheudum Minervini obtinuit. De eo, de filio, ac de tribus nepotibus loquitur Constantius *Istor. del Regno di Nap.* lib. VI.

Iustitiarii Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, eligit Iudices, et Magistrum Iuratum pro anno supradicto.

Per Guillelmum Notarii Nicolai Notarium Suessae.

N. 3.

Olim Arca B. Fasciculus 38, N. 2.

1297, *Septembris* 22, *Indictione* 11, *Caroli II. anno XIII. Castri-Novi.*

Commissarius Bartholomaei de Arcu Iustitiarii Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut exsequatur litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, forbannit Nicolaum de Leonardo, et Simonem de Roberto, eorumque bonorum mobilium tertiam quidem partem vendit granis 10, reliqua vero cum stabilibus adnotat pro Curia, quia citati non comparuerant.

Per Nicolaum Notarium Castri-Novi.

N. 4.

Olim Arca B. Fasciculus 18, N. 2.

1298, (1297) (1) *Octobris* 12, *Indictione* 11, *Caroli II. anno XIII. Baroli.*

Petente Preczolo de Venetiis olim Cabelloto proventuum omnium Pantani Versantini (2) transumuntur in formam publicam duo mandata Roberti Ducis Calabriae, Vicarii Generalis in Regno Siciliae, quorum altero mandatur Francisco Lombardo, et Matthaeo Buccamugello, ut recolligant a subofficialibus Petri de Marra, et Tancredi San-

(1) Quum idem Iohannes de Maurone Iudex *se* subscripserit in alio instrumento scripto *anno millesimo ducentesimo nonagesimo octavo..........mense Iunii undecimo die eiusdem undecime indictionis*, et Iudicis officium non duraverit nisi uno anno, cuius initium a Kal. Septemb. petebatur, uti monuimus pag. 27, not. (1); patet in nostra membrana pro anno 1298 annum 1297 esse scribendum; praesertim quum duo mandata Roberti Ducis Calabriae, Vicarii generalis in Regno Siciliae, quae exscribuntur, data sint *die penultimo Augusti*, et *die vicesimo octavo Septembris* 1297.

(2) Inter ea, quae ad Honorem montis S. Angeli pertinebant, fuisse Versantinum discimus ex donatione ipsius Honoris a Carolo I. factam Carolo II., ubi inter alia haec leguntur: *Barones vero ipsius Honoris sunt hii videlicet ....Domus Templi pro Versantino.* Vid. *Lib. Don. Kar. I.* an. 1269, fol. 107.

sonis residua victualium, et pecuniae; altero autem substituitur Gerardus de Vulterris eidem Francisco Lombardo defuncto.

Per Gualterium de Benedicto Notarium Baroli.

N. 5.

Olim Arca B. Fasciculus 20, N. 1.

1297, *Octobris* 30, *Indictione* 11, *Caroli II. anno XIII. Salerni.*

Guillelmus Malartus Vicarius Principatus, et Stratigotus Salerni post subhastationem, et fideiussionem locat Guidocto Comiti Cabellam platearum Salerni unciis auri 66 ponderis generalis.

Per Petrum Marchisanum Notarium Salerni.

N. 6.

Olim Arca G. Fasciculus 69, N. 15.

1297, *Octobris* 31, *Indictione* 11, *Neapoli.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Iohanni de Moliens Iustitiario Basilicatae, ut faciat divulgari recipiendos esse ab omnibus carolenses tam veteres, quam novos (1), dummodo sint iusti ponderis, et veri.

Per Bartholomaeum de Capua Logothetam, et Protonotarium Regni Siciliae.

---

(1) Quid intelligendum voluerit Robertus dum nominaret veteres carolenses, satis explicuisse putavit his verbis, quae in membrana leguntur » Monetam Regiam Carlensium scilicet auri et argenti quam progenitores nostri summo studio et exacta diligentia statuerunt. » Quibus verbis satis constat non aliam monetam intelligi, nisi eam, quam Carolus I., et II. cudendam mandarunt. Huiusmodi vero numos nonnulli vel omnino recusabant, vel minori pretio recipiebant, quippe qui viliori argento conflati, minoris ponderis erant. Vid. Fusc. *Dissert. su di una moneta del Re Ruggieri* cap. VIII. Quo factum est, ut postea Carolus II. novam monetam cuderit, quam omnes veteri praeferebant. Quumque id non sine maximo Reipublicae detrimento fieret, Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae edicto statuit, ut poenâ amissionis numi multentur ii, qui veteres carolenses recipere nollent, cuius poenae quarta pars delatoribus tribuitur.

N. 7.

Olim Arca D. Fasciculus 35, N. 19.

1297, *Decembris* 27, *Indictione* 11, *Neapoli.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Iustitiario Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut cogat homines singillatim recensitos, habitantes in S. Angelo de Ripa-Canina, ad praestandas angarias (1) debitas Thomasio de Marzano pheudatario.
Per Nicolaum Fricziam de Ravello Locumtenentem Protonotarii Regni Siciliae.

N. 8.

Olim Arca B. Fasciculus 2, N. 3.

1297, (1298) (2) *Ianuarii* 13, *Indictione* 11, *Caroli II. anno XIV. Baroli.*

Petente Petro de Marra, Statuto cum Rogerio Episcopo Rapollano ad conficiendum panem, et alia necessaria pro armata, et custodia portuum Apuliae, et Aprutii, transumitur in formam publicam mandatum Roberti Ducis Calabriae, Vicarii Generalis in Regno Siciliae, quo siuit Rogerium de Fogia extrahere de portu Baroli frumenti salmas 300, et hordei 100 sine iure exiturae, vehendas Brundusium.
Per Gualterium de Benedicto Notarium Baroli.

N. 9.

Olim Arca A. Fasciculus 18, N. 16.

1298, *Ianuarii* 31, *Indictione* 11, *Capuae.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Secreto Aprutii, ut solvat Raynaldo de Aprucio, et fratribus

---

(1) Vid. Vol. I. pag. 187, not. (2).

(2) Mandatum Roberti Ducis Calabriae, Vicarii Generalis in Regno Siciliae, quod hac membrana exscribitur, est *datum.......anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo die quarto Ianuarii undecime indictionis.* Non potuit igitur transumi in publicam formam anno 1297. Putamus igitur falsum fuisse Notarium, quum annum 1297 huic instrumento inscripsit: praesertim quum reliquae notae Chronologicae ad annum 1298 pertineant. Praeterea Iohannes de Maurone Iudex huic instrumento interfuit, qui et in alio anni 1298 etiam subscripsit. Vid. Fascic. LI. N. 3.

eius uncias auri 20 a Carolo I. ei concessas pro iuribus, quae eorum pater Robertus possidebat in Comitatu Aprutii, et reddiderat Regiae Curiae.

Per Bartholomaeum de Capua Logothetam, et Protonotarium Regni Siciliae.

N. 10.

Olim Arca B. Fasciculus 2, N. 7.

(1298) (1), *Martii* 11, *Indictione* 11, *Aquis* (2).

Rex mandat Receptoribus Fiscalis pecuniae in Comitatibus Provinciae, et Forcalquerii, ut solvant Iohanni Roy Grafferio sui hospitii libras turonensium 200 pro expensis dicti hospitii.

FASCICULUS L.

N. 1.

Olim Arca A. Fasciculus 89, N. 17.

1298, *Martii* 25, *Indictione* 11, *Caroli II. anno XIV. Aquis.*

Rex mandat R. Episcopo Rapollano, Petro de Marra, et Henrico

(1) Huic mandato Caroli II. annum 1298 adposuimus, tum quia eo tempore, quo hic Princeps regnum obtinuit, semel tantum XI. indictio occurrit, a Kal. scilicet Septemb. 1297 ad prid. Kal. Sept. 1298; tum quia hoc tempore Aquis morabatur, ubi data est nostra membrana; tum denique quia sequens membrana easdem notas topicas, et Chronologicas praesefert.

(2) Hoc Regium mandatum, non secus ac insequens proximum, et aliud Fascic. L. num. 5; nec non aliud exscriptum in instrumento Fascic. LI. num. 3 data sunt Aquis. Id ostendit Carolum, postquam Romae diu moratus est, ut de expeditione in Siculos, et de matrimonio Roberti filii sui ageret (Vid. pag. 174), non statim Neapolim, sed in Galliam prius commeasse. Historici autem de hoc Caroli itinere, quo Gallias iterum petiit, omnino tacent. Ex nostris autem membranis scimus ipsum prid. Id. Febr. 1297 Romae adhuc fuisse (Vid. Diploma exscriptum in membrana Fascic. LIV. num. 4), et XIV. Kal. Iul. 1297 iam Aquas pervenisse. (Vid. diploma exscript. in membran. Fasc. XLIX. num. 1). Ex hac urbe VII. Id. April. 1298 scribit. (Vid. diplom. exscript. in membran. Fascic. LI. num. 3). Tandem prid. Id. August. 1298 diploma datum Neapoli legimus Fasc. LII. num. 4. Et ne suspiceris ob variam annos supputandi rationem, non posse certe hoc iter statui in anno 1298; animadvertas, lector, chartas, ex quibus argumenta desumimus, ab Regia Cancellaria, non a privatis Notariis prodiisse; adeoque de earum constantia, et unica annorum supputatione non esse dubitandum.

de Hervilla Secreto, et Magistro Portulano Apuliae, ut sinant Procuratores Reginae consortis suae extrahere de portubus Apuliae frumenti salmas 200 sine iure exiturae, tareni, et impositione medietatis oneris vassellorum.

Per Magistros Rationales.

N. 2.

Olim Arca B. Fasciculus 13, N. 5.

1298, *Aprilis* 3, *Indictione* 11, *Caroli II. anno XIV. Piscariae.*

Petente Manfrido de Piscaria Secreto Aprutii, transumitur in formam publicam instrumentum, quo Iohannes de Tocco Medicus Regis constituit suum generalem procuratorem Nicolaum de Luco.

Per Angelum Magistri Angeli Notarium Piscariae.

N. 3.

Olim Arca B. Fasciculus 2, N. 1.

1298, *Aprilis* 15, *Indictione* 11, *Caroli II. anno XIV. Manfridoniae.*

Henricus de Hervilla Secretus, Magister Portulanus, et Procurator, ac Magister Salis Curiae in Apulia, ut exsequatur mandatum Roberti Ducis Calabriae, Vicarii Generalis in Regno Siciliae, adnotat pretium frumenti, et hordei in terris, et locis peculiariter memoratis, ut deinde possit emi Regiis negotiis necessarium.

Per Nicolaum Notarium Manfridoniae.

N. 4.

Olim Arca G. Fasciculus 89, N. 12.

1298, *Aprilis* 19, *Indictione* 11, *Neapoli.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Iustitiario Aprutii ultra flumen Piscariae, ut compescat quos-

dam Barones, et Universitates, quae turbabant Vassallos Monasterii S. Nicolai in Trontino (1).

Per Nicolaum Fricziam de Ravello Locumtenentem Protonotarii Regni Siciliae.

N. 5,

Olim Arca A. Fasciculus 88, N. 5.

1298, *Maii* 5, *Indictione* 11, *Caroli II. anno XIV. Aquis.*

Rex mandat R. Episcopo Rapollano, Petro de Marra, et Henrico de Hervilla Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori Apuliae, ut sinant Ionatham de Luco extrahere de portubus Apuliae frumenti salmas 1000 sine iure exiturae vehendas ad loca licita extra Regnum, nisi aliud a Bartholomaeo de Capua Logotheta, et Protonotario Regni Siciliae, et Henrico de Guerardo Magistro Rationali sit cum aliis mercatoribus conventum (2).

Per Magistros Rationales.

N. 6,

Olim Arca A. Fasciculus 44, N. 9.

1298, *Maii* 22, *Indictione* 11, *Neapoli.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Nicolao de Gisualdo Iustitiario Terrae-Bari, ut de pecunia

---

(1) Quum Aprutina Dioecesis ea sit, quae vulgo dicitur *Teramo* (Vid. pag. 125), patet prope flumen, quod dicitur *Trontino* huiusmodi Monasterium esse quaerendum. Ipsum autem ad Casinense Monasterium pertinuisse novimus ex Fascic. LX. pag. 87; et multis privilegiis auctum, satis amplam obtinuisse iurisdictionem legimus in Reg. sign. 1277 F. fol. 35, et 65 a t.°, 1305 E. fol. 34, et a t.° 1306 D. fol. 95 a t.° 1309 A. fol. 263 a t.°, et 1269 H. fol. 49 ubi uberiores notitias inveniet lector, si volet.

(2) Clausulam hanc rite adposuit Carolus, quia Bartholomaeus de Capua, et Henricus de Guerardo saepe aliis mercatoribus spoponderant, eos vel solos, vel primos extracturos esse ex aliquo portu fruges. Sane tunc temporis saepius factitatum vidimus, ut Societates Mercatorum pecuniam Regi mutuam darent, quam postea, eundo ius exiturae, facilius recipiebant. Si res ita se habebat, mercatores ipsi ius emebant, ut nulli, vel saltem caeteris post ipsos, ex aliquo porto ad certum tempus extrahendi facultas daretur. Rex igitur, qui tunc temporis multa pecunia, ob Siculum praesertim bellum, indigebat, dum extractionem Ionathae de Luco concedit, mandat ut pacta iam conventa, vel si quae in posterum cum mercatoribus convenienda forent, non violentur.

Condemnationum, vel Compositionum factarum in Civitatibus Trani, et Iuvenacii (1) mittat ad cameram uncias auri 200 per manus Goffridi de Riso.

Per Bartholomaeum de Capua Logothetam, et Protonotarium Regni Siciliae.

N. 7.

Olim Arca G. Fasciculus 44, N. 4.

1298, *Maii 27*, *Indictione* 11, *Neapoli.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Massariis Magdaloni, ut recipiant ab hominibus singillatim recensitis quaedam animalia a custodibus, eaque custodiri faciant in foresta Sessulae pro Curia.

Per Magistros Rationales.

N. 8.

Olim Arca D. Fasciculus 69, N. 15.

1298, *Iunii* 6, *Indictione* 11, *Caroli II. anno XIV. Brundusii.*

Sibilia nutrix Ludovici Episcopi Tolosani iam mortui, et Roberti Ducis Calabriae filiorum Regis, eligit suum procuratorem Marinum Argenterium ad extrahendas salmas 400 frumenti de portu Baroli sine iure exiturae vehendas Brundusium.

Per Gabrielem de Magistro Angelo Notarium Brundusii.

---

(1) Nostris Iustitiariis tribuebatur haec facultas qua ipsi utentes, multis pecuniariis plura crimina puniebant; idque *condemnatio* adpellabatur. Quod si reus toti solvendo par non esset, partem aliquam exigebant; atque hoc *compositio* dicebatur. Vid. Gregor. Turonens. *Hist.* Lib. III. cap. 31, Lib. VII. cap. 3, et Lib. IX. cap. 18, et 19. Pecunia hoc modo percepta ad aerarium pertinebat. Iacobus igitur de Bursona olim Iustitiarius Terrae-Bari Universitatem Trani unciis D., et Universitatem Iuvenacii unciis CCC. ob quaedam crimina multaverat; Rex autem mandat eius successori, ut sive per condemnationem, sive per compositionem pecuniam exegisset, uncias auri 200 ad Cameram mitteret.

N. 9.

Olim Arca A. Fasciculus 44, N. 10.

1298, *Iunii* 6, *Indictione* 11, *Neapoli.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Iustitiario Terrae-Bari, ut non procedat contra Iohannem Coccum pheudatarium, quia monstram fecerat.
Per Nicolaum Fricziam de Ravello Locumtenentem Proto notarii Regni Siciliae.

N. 10.

Olim Arca C. Fasciculus 53, N. 1.

1298, *Iunii* 6, *Indictione* 11, *Caroli II. anno XIV. Monopoli.*

Iuratus Monopolis, ut exsequatur litteras Iacobi de Brusono Capitanei Generalis, et Iustitiarii Terrae-Bari forbannit Eustasium, et Hugonem Martesano, eorumque bona stabilia adnotat pro Curia, quia mobilia non invenerat.
Per Andream de Maraldo Notarium Monopolis.

FASCICULUS LI.

N. 1.

Olim Arca K. Fasciculus 51, N. 1.

1298, *Iunii* 8, *Indictione* 11, *Caroli II. anno XIV. Andriae.*

Petente Nicolao de Gisualdo Capitaneo, et Iustitiario Terrae-Bari, Iudex, et Notarius declarant Henricum de Sugio Iudicem, et Assessorem, et Robertum de Acrio Actorum Notarium praedicta die incoepisse exercere suum munus.
Per Stephanum Notarium Andriae.

N. 2.

Olim Arca H. Fasciculus 68, N. 11.

1298, *Iunii* 11, *Indictione* 11, *Neapoli.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Guillelmo Malart Vicario Principatus, et Straticoto Salerni, ut singulis mensibus solvat gagia debita Bernardo Raymundi provisori Castrorum Principatus, et Terrae-Laboris ad rationem unciarum 3, et Notario eiusdem ad rationem unciae 1.

Per Magistros Rationales.

N. 3.

Olim Arca M. Fasciculus 25, N. 29.

1298, *Iunii* 11, *Indictione* 11, *Caroli II. anno XIV. Baroli.*

Petente Henrico de Hervilla Secreto, Magistro Portulano, et Procuratore, ac Magistro Salis Curiae in Apulia, transumitur in formam publicam mandatum Regium, quo donantur quotannis Erardo de Curtisano unciae auri 60 percipiendae de pecunia iuris tareni, donec Terra eiusdem valoris ei adsignetur.

Per Thomasium de Flore Notarium Baroli.

N. 4.

Olim Arca H. Fasciculus 25, N. 25.

1298, *Iunii* 15, *Indictione* 11, *Neapoli.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Nicolao de Gisualdo Capitaneo, et Iustitiario Terrae-Bari, ut non procedat contra pheudatarios Silvestrum de Botonto, et Iacobum Bos, quia pheudale servitium solverant.

Per Nicolaum Fricziam de Ravello Locumtenentem Protonotarii Regni Siciliae.

N. 5.

Olim Arca .., Fasciculus .., N. ...

1298, *Iunii* 23, *Indictione* 11, *Caroli II. anno XIV. Rutiliani.*

Commissarius Nicolai de Gisualdo Capitanei Generalis, et Iustitiarii Terrae-Bari, ut exsequatur litteras eiusdem Iustitiarii, quae exscribuntur, forbannit Eustasium Pauli de Saniusta, eiusque bonorum mobilium tertiam partem vendit tarenis 3, et granis 15, reliqua vero cum stabilibus adnotat pro Curia, quia citatus non comparuerat.

Per Angelum Symeonis Notarium Rutiliani.

N. 6.

Olim Arca F. Fasciculus 4, N. 9.

1298, *Iulii* 7, *Indictione* 11, *Neapoli.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Nicolao de Gisualdo Capitaneo, et Iustitiario Terrae-Bari, ut exigat a Maralducio Prothoncino Iuvenacii, et ab Iacobo eius fratre poenam, quia *defensa* regia contempta, quosdam innocuos homines vexaverant.

Per Nicolaum Fricziam de Ravello Locumtenentem Protonotarii Regni Siciliae.

N. 7.

Olim Arca H. Fasciculus 25, N. 9.

1298, *Iulii* 15, *Indictione* 11, *Neapoli.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Marino dicto Principi Aerario Regiae Curiae, ut solvat Notario Petro Catalani deputato ad *Registrum* Magistri Iustitiarii Regni Siciliae (1) gagia consueta.

Per Magistros Rationales.

---

(1) Plura fuere Regesta, in quibus Regia mandata vel exscribebantur, vel indicabantur. Porro quum de Regesto Iustitiarii egimus Vol. I. pag. 66, not. (1), ipsum diximus non exscribendo, sed indicando exaratum. Porro ex praesenti membrana discimus Notarium fuisse peculiariter deputatum ad conficiendum, servandum, et consulendum huiusmodi Regestum.

N. 8.

Olim Arca L. Fasciculus 25, N. 47.

1298, *Iulii* 29, *Indictione* 11, *Neapoli.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Iustitiario Terrae-Bari, et collectoribus, taxatoribus, ac universis hominibus Botonti, ut non adigant Odinectum Burgundum ad solvendam portionem generalis subventionis, pro bonis burgensaticis, quia ei fuerat iam condonata.

Per Nicolaum Fricziam de Ravello Locumtenentem Protonotarii Regni Siciliae.

N. 9.

Olim Arca K. Fasciculus 66, N. 7.

1298, *Iulii* 30, *Indictione* 11, *Neapoli.*

Robertus Dux Calabriae, Vicarius Generalis in Regno Siciliae mandat Manasseo de Falesia Iustitiario Terrae-Laboris, et Comitatus Molisii, ut solvat Nicolao Fricziae de Ravello Locumtenenti Protonotarii Regni Siciliae uncias auri 8, et tarenos 10 ponderis generalis in gagiis computanda.

Per Magistros Rationales.

N. 10.

Olim Arca A. Fasciculus 55, N. 25.

1298, *Augusti* 2, *Indictione* 11, *Caroli II. anno XIV. Brundusii.*

Commissarius Rogerii Episcopi Rapollani, et Petri de Marra Statutorum ad conficiendum panem, et alia necessaria pro armata, ut exsequatur mandatum Roberti Ducis Calabriae, Vicarii Generalis in Regno Siciliae denunciatum per litteras eorumdem Statutorum, quae exscribuntur, declarat ad reficiendam catenam ferream portus Brundusii expendenda esse uncias auri 56, tarenos 26, et granos 4 ponderis generalis.

Per Nicolaum de Mercurio Notarium Civitatis Brundusii.

FASCICULUS LII.

N. 1.

Olim Arca D. Fasciculus 50, N. 12.

1298, *Augusti* 5, *Indictione* 11, *Caroli II. anno XIV. Trani.*

Iuratus Trani, ut exsequatur mandatum Roberti Ducis Calabriae, Vicarii Generalis in Regno Siciliae, denunciatum per litteras Nicolai de Gesualdo Capitanei Generalis, et Iustitiarii Terrae-Bari, quae exscribuntur, iniungit Universitati Trani, ut custodiat, et protinus reficiendam curet quamdam galeam in portu Trani.
Per Iohannem Coppuleckam Notarium Trani.

N. 2.

Olim Arca D. Fasciculus 69, N. 6.

1298, *Augusti* 8, *Indictione* 11, *Caroli II. anno XIV. Terami.*

Symon de Yuriaco Castellanus Castri Macclae, et Valdectus de Adnasia Castellanus Castri Civitellae declarant se recepisse ab hominibus singillatim recensitis victualia ad instruenda dicta Castra.
Per Iacobum Viscardi Notarium Terami.

N. 3.

Olim Arca B. Fasciculus 83, N. 11.

1298, *Augusti* 10, *Indictione* 11, *Caroli II. anno XIV. S. Flaviani.*

Universitas S. Flaviani eligit Palermum de Civitate Teatina Iudicem pro anno XII. Indictionis.
Per Laurentium Actonis Notarium S. Flaviani.

N. 4.

Olim Arca C. Fasciculus 19, N. 16.

1298, *Augusti* 12, *Indictione* 11, *Caroli II. anno XIV. Neapoli.*

Rex mandat R. Episcopo Rapollano; Petro de Marra, et Henrico de Hervilla Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori Apuliae,

ut sinant Matthaeum de Arguso extrahere de portu Baroli frumenti salmas 500, et hordei salmas 200 sine iure exiturae, vehendas Monopolim, et Brundusium.

Per Magistros Rationales.

N. 5.

Olim Arca B. Fasciculus 45, N. 15.

1298, *Augusti* 13, *Indictione* 11, *Caroli II. anno XIV. Neapoli.*

Rex mandat R. Episcopo Rapollano, Petro de Marra, et Henrico de Hervilla Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori, ac Magistro Salis Curiae in Apulia, ut sinant procuratores Reginae Hierusalem, et Siciliae extrahere de portubus Apuliae frumenti salmas 2000 (1), quae erant residuum 6000 pridem concessarum pro expensis sui hospitii, sine iure exiturae, vehendas ad loca licita extra Regnum.

Per Bartholomaeum de Capua Logothetam, et Protonotarium Regni Siciliae.

N. 6.

Olim Arca B. Fasciculus 5, N. 18.

1298, *Augusti* 17, *Indictione* 11, *Caroli II. anno XIV. Bitecti.*

Iuratus Bitecti, ut exsequatur mandatum Nicolai de Gesualdo Capitanei Generalis, et Iustitiarii Terrae-Bari, quod exscribitur, forbannit Nicolaum Caloysium, et Angelum eius filium, eorumque bonorum mobilium tertiam partem vendit quia tareno 1, reliqua vero cum stabilibus adnotat pro Curia, quia citati non comparuerant.

Per Matthaeum de Mallecto Notarium Bitecti.

---

(1) Ut intelligatur, qua de causa celsissimis etiam viris, qui certe mercaturam non exercebant, frugum exituram ab Rege saepius concessam notemus; sciendum est ex aerario identidem exhausto non potuisse privatis hominibus solvi, quod debebatur. Quapropter hi poscebant sibi vendi ius exiturae tot salmarum frumenti, quot summae creditae responderent. Id pariter poscebant, qui dono eamdem pecuniam ab Rege sibi concedendam exspectabant. Ita Cardinales, Episcopi, Monasteria de iure exiturae saepe cum Principe agebant. Nil igitur mirum, si Regina ipsa *in subsidium expensarum hospitii sui singulis annis haberet ius exiturae duorum milium salmarum frumenti.*

N. 7.

Olim Arca B. Fasciculus 7, N. 11.

1298, *Augusti* 19, *Indictione* 11, *Caroli II. anno XIV. Neapoli.*

Rex mandat Iustitiario Terrae-Bari, ut protinus mittat ad Regiam Cameram quaternum (1), in quo descriptum erat quidquid solverat de pecunia generalis subventionis, et subsidii armatae, et quid recolligendum supererat, et a quibus Terris.

Per Magistros Rationales.

N. 8.

Olim Arca G. Fasciculus 50, N. 19.

1298, *Augusti* 28, *Indictione* 11, *Caroli II. anno XIV. Neapoli.*

Rex mandat Secreto Aprutii, ut solvat Servientibus Castrorum gagia ad rationem recensitam.

Per Magistros Rationales.

N. 9.

Olim Arca B. Fasciculus 54, N. 3.

1298, *Septembris* 4, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XIV. Neapoli.*

Rex mandat Henrico de Hervilla Secreto, Magistro Portulano, Procuratori, ac Magistro Salis Curiae in Apulia, ut de proventibus officii retineat pecuniam necessariam solvendis gagiis, quae adnotat.

Per Magistros Rationales.

---

(1) In *Quaterno* Iustitiarii acceptum, et expensum adnotari mos fuit; adeoque supputandis rationibus, quod per Magistros Rationales fiebat, omnino requirebatur. Unde autem vox quaternus orta fuerit, et quid significet res est in glossariis obvia. Differt itaque a Regesto Iustitiarii, de quo egimus pag. 202, not. (1).

N. 10.

Olim Arca B. Fasciculus 9, N. 10.

1298, *Septembris* 29, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XIV. Aquilae.*

Rex mandat Squarciae de Riso Iustitiario Aprutii ultra flumen Piscariae, ut imponendam, et recolligendam curet a quibusdam Terris suae iurisdictionis pecuniam, quae promissa fuerat, et citissime Neapolim mittat.

Per Magistros Rationales.

FASCICULUS LIII.

N. 1.

Olim Arca C. Fasciculus 55, N. 15.

1298, *Octobris* 10, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XIV. Campli.*

Scartia de Riso (1) Iustitiarius Aprutii ultra flumen Piscariae, ut exsequatur mandatum Regium, post subhastationem, et fideiussionem locat Petro Iohanni Andreae de Sulmone, et Benevenuto Pontanerio Cabellam Secretiae Aprutii unciis auri 960 ponderis generalis.

Per Iohannem Notarii Benevenuti Notarium Campli.

N. 2.

Olim Arca F. Fasciculus 84, N. 11.

1298, *Octobris* 15, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XIV. Surrenti.*

Commissarii Guillelmi Malartae Vicarii Principatus, et Straticoti Salerni, ut exsequantur mandatum Regium denunciatum per litteras eiusdem Vicarii, quae exscribuntur, dant Roberto Dopnae Aromatae possessionem quarumdam Terrarum Demanii, quas ei Rex concesserat in regione Surrenti.

Per Matthaeum Cirleonum Notarium Surrenti.

(1) Falsus est Notarius in nomine hoc scribendo: potius enim praecedenti Regio Diplomati fides praestanda est, ubi vocatur Squarcia de Riso.

N. 3.

Olim Arca A. Fasciculus 81, N. 17.

1298, *Octobris* 21, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XIV. Manfridoniae.*

Portulani Manfridoniae, ut exsequantur mandatum Regium denuntiatum per litteras Henrici de Hervilla Secreti, Magistri Portulani, Procuratoris, ac Magistri Salis Curiae in Apulia, quae exscribuntur, sinunt Hernaldum de Villa-Nova extrahere de portu Manfridoniae frumenti salmas 400 sine iure exiturae, vehendas Venetias.

Per Nicolaum Notarium Manfridoniae.

N. 4.

Olim Arca B. Fasciculus 6, N. 19.

1298, *Octobris* 27, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XIV. Neapoli.*

Rex locat Angelo de Riso, et Iohanni de Terreno Cabellas Secretiae, Salinarum, et Pantani Alexinae, et Vayrani in Apulia sub conditionibus singillatim recensitis additis unciis auri 200 pretio, quo anno nuper elapso locatae fuerant Henrico de Hervilla.

Per Magistros Rationales.

N. 5.

Olim Arca K. Fasciculus 43, N. 19.

1298, *Octobris* 28, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XIV. Neapoli.*

Rex mandat Iustitiariis Aprutii, ut exigant a Baronibus introscriptis pecuniam debitam Iohanni de Camberona Archidiacono Biccariensis Ecclesiae Receptori pecuniae iuris sigilli (1), pro litteris, et privilegiis.

Per Magistros Rationales.

---

(1) Iam pag. 60 not. (1) scripsimus Carolum II. in suis Capitulis constituisse *ius sigilli* exigendum *pro littera Iudicis.* Iam vero in iisdem Capitulis non modo quid pro littera Iudicis, sed etiam pro aliis litteris exigendum foret, decrevit. Hanc autem pecuniam Iustitiarii cuiuscumque Provinciae exigebant; ac ne eam cum ceteris fiscalibus collectis confunderent, Rex officialem constituit, qui ipsam ab omnibus Iustitiariis colligeret. Iohannes igitur de Cambrona, qui in membrana *Receptor pecunie provenientis ex iure sigilli nostri* scribitur, huiusmodi munus exercebat.

N. 6.

Olim Arca K. Fasciculus 41, N. 5.

1298, *Novembris* 6, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XIV. Neapoli.*

Rex mandat Iohanni de Moliens Iustitiario Basilicatae, ut non compellat cives Melfiae ad reparanda aedificia nova castri (1) eiusdem civitatis, qui se obligaverant ad reficienda antiqua.

Per Magistros Rationales.

N. 7.

Olim Arca M. Fasciculus 7, N. 12.

1298, *Novembris* 8, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XIV. Neapoli.*

Rex mandat Iustitiario Aprutii citra flumen Piscariae, ut iniungat nonnullis Baronibus, ut die 20 Novembris conferant se Neapolim coram Roberto Duce Calabriae ad procedendum contra hostes in Siciliam (2).

Per Magistros Rationales.

N. 8.

Olim Arca B. Fasciculus 45, N. 7.

1298, *Novembris* 13, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XIV. Neapoli.*

Rex mandat Henrico de Hervilla Magistro Portulano, et Procuratori Apuliae, ut sinat Iacobum de Oppido extrahere ab oris Turris-Maris frumenti salmas 400, et hordei salmas 1000 sine iure exiturae vehendas in Calabriam.

Per Magistros Rationales.

(1) Capitulis Caroli II. iam editis illud adde, quod in praesenti membrana memoratum legitur; quo scilicet homines Castri Melphiae ad reficiendum ipsum Castrum adigebantur. Iustitiarius autem quum ad exsequendum ipsum mandatum procederet, eos ad reficienda non modo vetera, sed etiam nova aedificia compellit. Id Rex Melphiensium clamoribus permotus vetat.

(2) De hac expeditione in Siculos, quam nos indicavimus pag. 179, not. (1), scribit Giannon. Lib. XXI. cap. 3 in fin., qui tamen IX. Kal. Sept. 1298 Robertum Vicarium cum Iacobo Rege Aragoniae Neapoli in Siciliam bellum illaturos migrasse narrat. Post praelia non pauca, aliquot Siculorum urbes vi captae sunt. Vid. Constant. lib. III. Quamdiu autem Aragoniae Rex, et Robertus apud Siciliam manserint, mox videbimus.

N. 9.

Olim Arca A. Fasciculus 85, N. 19.

1298, *Novembris* 19, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XIV. Manfridoniae.*

Portulani Manfridoniae, ut exsequantur mandatum Regium denuntiatum per litteras Henrici de Hervilla Secreti, Magistri Portulani, Procuratoris, ac Magistri Salis Curiae in Apulia, quae exscribuntur, sinunt Procuratorem Iohannis Pipini extrahere frumenti salmas 1500 sine iure exiturae, vehendas Venetias, pro pecunia, quam impenderat in itinere Regis ultra montes (1).

Per Nicolaum Notarium Manfridoniae.

N. 10.

Olim Arca B. Fasciculus 21, N. 7.

1298, *Novembris* 23, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XIV. Salerni.*

Guillelmus Malarta Vicarius Principatus, et Stratigotus Salerni, ut exsequatur mandatum Regium, quod exscribitur, iniungit quibusdam pheudatariis, ut se parent ad procedendum contra hostes in Siciliam.

Per Petrum Marchisanum Notarium Salerni.

---

(1) De Iohanno Pipino iam diximus pag. 192, not. (2), ubi mandatum Caroli II. recensuimus, quo ei conceditur exitura salmarum 3000 frumenti. Causam Rex affert his verbis: *in subsidium expensarum quas in comitiva nostra subiit ultra montes.* Alterum mandatum exscribitur in praesenti membrana *datum Neapoli..............anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo die secundo Septembris duodecimo indictionis*, quo pro eadem causa totidem salmarum exitura conceditur, atque hoc omnino exsequuntur Portulani, qui nec exigunt ius tareni, iuxta aliam concessionem pariter exscriptam. Non satis constat, num prior illa concessio data *Aquis* effectum suum obtinuerit, et nova subinde gratia pro una, eademque causa fuerit impertita; an potius praecedentem gratiam Princeps in suum Regnum reversus confirmaverit. Nos priori sententiae adhaeremus, quia nullam in praesenti mandato mentionem invenimus, quam iniici oporteret, si de confirmatione, non de nova gratia, ageretur.

FASCICULUS LIV.

N. 1.

Olim Arca B. Fasciculus 20, N. 14.

1299, (1298) *Novembris* 30, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XIV. Baroli.*

Petentibus Angelo de Riso, et Iohanne de Terreno Secretis, et Magistris Salis Curiae in Apulia, transumuntur in formam publicam litterae Roberti Comitis Atrebatensis, et Iohannis de Monte-forti Capitanei Generalis in Regno Siciliae, quibus Ada Capiczonus instituitur Portulanus Trani, et mandatur Secretis, et Magistris Portulanis Apuliae, ut ei solvant singulis diebus tarenum auri unum pro expensis officii.
Per Thomasium de Flore Notarium Baroli.

N. 2.

Olim Arca A. Fasciculus 88, N. 2.

1298, *Novembris* 30, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XIV. Neapoli.*

Rex mandat Secretis Apuliae, ut solvant Iacobo Benevenuti Magistro Massariarum Curiae in Capitanata uncias auri 20 ad emendas quasdam res necessarias hominibus animalium custodiae deputatis (1).
Per Magistros Rationales.

N. 3.

Olim Arca B. Fasciculus 4, N. 3.

1299, (1298) (2) *Decembris* 10, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XIV. Trani.*

Portulani Trani, ut exsequantur litteras Henrici de Hervilla Magistri Portulani, et Procuratoris Apuliae, quae exscribuntur, sinunt

---

(1) Res necessariae in membrana sic describuntur » pro sotidis Bubulcorum » Gualanorum Porcariorum et Vaccariorum deputatorum ad custodiam anima- » lium Curiae.......pro indumentis calciamentis et mercede predictarum per- » sonarum. » Harum vocum interpretationem, utpote in Glossariis obviam, omittimus.

(2) Quum Bisantius de Ammirato, qui huic instrumento, uti Index, subscribit, interfuerit etiam aliis instrumentis IV. Kal., VI., et V. Non. Mai., Idib.

Dardum Gayzum extrahere frumenti salmas 75, soluto iure exiturae, vehendas Venetias.

Per Mangonum Notarium Trani.

N. 4.

Olim Arca A. Fasciculus 83, N. 7.

1298, *Decembris* 17, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XIV. Manfridoniae.*

Portulani Manfridoniae, ut exsequantur mandatum Regium denuntiatum per litteras Henrici de Hervilla Magistri Portulani, et Procuratoris Apuliae, quae exscribuntur, sinant Procuratorem Pontii de Ammirato extrahere frumenti salmas 200 sine iure exiturae, vehendas Venetias.

Per Nicolaum Notarium Manfridoniae.

N. 5.

Olim Arca B. Fasciculus 24, N. 4.

1299, (1298) (1) *Decembris* 22, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XIV. Baroli.*

Petentibus Angelo de Riso, et Iohanne de Terreno Secretis, et Magistris Salis Curiae in Apulia, transumitur in formam publicam mandatum Regis, quo exscribens praemissas litteras suas, mandat Secretis Apuliae, ut solvant quotannis uxori, et haeredibus Perrocti Acellatoris uncias auri 5, et tarenos 24 de proventibus Dohanellae Brundusii, retento servitio pheudali, donec Terra eiusdem valoris eis adsignetur.

Per Angelum de Flore Notarium Baroli.

Iul., et III. Id. August. 1299 (Vid. Fascic. LV. N. 7, 8, et 10, Fascic. LVI. N. 1, et 10, et Fasc. LVII. N. 2, et 4), patet officium Iudicatus gestum ab eo fuisse a Kal. Sept. 1298 ad Prid. Kal. Sept. 1299; ac proinde nostra membrana ad an. 1298 pertinet. Adde, quod Mangonus Notarius Trani annos *sic* enumeraverit. Vid. pag. 28 not. (2).

(1) Idem Index, Bartholomaeus de Ionatha, subscribit alteri instrumento XIII. Kal. Sept. 1299; ac proinde eius officium a Kal. Sept. 1298 incoepit. Nostrum igitur instrumentum anno 1298 scriptum fuit.

N. 6.

Olim Arca B. Fasciculus 54, N. 15.

1299, *Ianuarii* 7, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV. Neapoli.*

Rex mandat Magistro Portulano Apuliae, ut vendat ius exiturae, et tareni salmarum frumenti 30000, ad rationem unciarum auri 10 pro singulis 100 salmis (1), et pecuniam inde perceptam tradat mercatoribus de societate Bardorum de Florentia deducendam ab unciis 4000, quas promiserant mutuas dare Curiae pro bello: vendat etiam ius exiturae, et tareni pertinens ad alias salmas 6000, et pecuniam tradat ipsis mercatoribus pro servitiis praestitis Curiae.

Per Magistros Rationales.

N. 7.

Olim Arca A. Fasciculus 88, N. 19.

1299, *Ianuarii* 17, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV. Neapoli.*

Rex mandat Angelo de Riso, et Iohanni de Terreno Secretis, et Magistris Salis Curiae in Apulia, ut solvant Petro Malamerenda Magistro Massariarum Curiae in Terra-Bari, et in Basilicata uncias auri 50; dummodo constet eum retinuisse Servientes singillatim recensitos in Massariis praedictis.

Per Magistros Rationales.

N. 8.

Olim Arca A. Fasciculus 88, N. 18.

1299, *Ianuarii* 24, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV. Salerni.*

Rex mandat Henrico de Hervilla Magistro Portulano, et Procuratori Apuliae, ut sinat Raynaldum de Varenis Magistrum Domus

---

(1) Duo in hac membrana adnotanda videntur: alterum est, Regium aerarium adeo exhaustum tunc temporis fuisse, ut opus esset mutuam pecuniam ab exteris mercatoribus accipere; quod quidem, non sine magno reipublicae damno, saepius factitatum legimus. Alterum est, ius exiturae esse unciarum auri 10 pro singulis 100 salmis frumenti. Quumque frumentum ipsum venderetur unciis tredecim circiter pro singulis centum salmis, uti in membrana Fascic. L. N. 3 legimus, patet ius exiturae (etiam omisso iure tareni) fere ad valorem ipsius frumenti accessisse.

Militiae Templi in Regno Siciliae extrahere e portubus Apuliae frumenti salmas 1000, et totidem hordei sine iure exiturae, vehendas ad insulam Cypri.

Per Magistros Rationales.

N. 9.

Olim Arca B. Fasciculus 5, N. 2.

1299, *Februarii* 3, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV. Neapoli.*

Rex constituit Americum de Sus procuratorem suum ad recipiendum a Berengario Intenza (1) iusiurandum, quo is spondeat protinus se profecturum in Siciliam ad Iacobum Regem Aragoniae pro servitiis Sanctae Romanae Ecclesiae, et Regis.

Per Bartholomaeum de Capua Logothetam, et Protonotarium Regni Siciliae.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 26, N. 11.

1299, *Februarii* 11, *Indictione* 12, *In Campis prope Montem-Caveosum.*

Berengarius Intenza praestat homagium, et iuramentum Americo de Suz procuratori Regis Hierusalem, et Siciliae, quo spondet se protinus profecturum in Siciliam ad Iacobum Regem Aragoniae pro servitiis Sanctae Romanae Ecclesiae, et Regis.

---

(1) Vocat Carolus Iacobum filium suum, quia generi saepe filii vocabantur. Ad pacem enim inter eos ineundam Blanca Caroli filia nupserat Iacobo. Vid. Lunig. *Cod. Ital. Diplom.* tom. II. pag. 104. Negotia vero agenda nomine Ecclesiae, et Regis illa erant, quae ad Siciliam recuperandam pertinebant. Porro falsus est Giannonius, dum lib. XXI. cap. 3. in fin. scribit Iacobum an. 1298 e Sicilia recessisse, et prius Neapolim, inde Hispaniam petiisse: nostra enim membrana ostendit ipsum III. Id. Febr. 1299 adhuc in Sicilia mansisse.

FASCICULUS LV.

N. 1.

Olim Arca B. Fasciculus 49, N. 17.

1299, *Februarii* 20, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV. Neapoli.*

Rex acceptat solutiones peculiariter memoratas a mercatoribus de Societate Bardorum factas Regiae Camerae.

Per Magistros Rationales.

N. 2.

Olim Arca A. Fasciculus 87, N. 17.

1299, *Februarii* 25, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV. Neapoli.*

Rex acceptat solutiones peculiariter memoratas a mercatoribus de Societate Bardorum ex mandato Regio factas hominibus singillatim recensitis.

Per Magistros Rationales.

N. 3.

Olim Arca D. Fasciculus 69, N. 19.

1299, *Februarii* 26, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV. Manfridoniae.*

Portulani Manfridoniae, ut exsequantur mandatum Regium denuntiatum per litteras Henrici de Hervilla Magistri Portulani, et Procuratoris Apuliae, quae exscribuntur, sinunt Procuratorem Thomasii de Terreno extrahere hordei salmas 100 sine iure exiturae, vehendas Brundusium.

Per Nicolaum Notarium Manfridoniae.

N. 4.

Olim Arca A. Fasciculus 90, N. 4.

1299, *Februarii* 28, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV. Canusii.*

Iudex, et Notarius declarant Servientes Massariarum Curiae in Terra-Bari, et in Basilicata continenter moratos esse ad suum munus obeundum.

Per Paschalem Notarium Canusii.

N. 5.

Olim Arca B. Fasciculus 24, N. 9.

1299, *Martii* 16, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV. Alexinae.*

Portulani, et Custodes maritimae Alexinae, ut exsequantur mandatum Regium denuntiatum per litteras Henrici de Hervilla Magistri Portulani, et Procuratoris Apuliae, quae exscribuntur, sinunt procuratorem T. Cardinalis extrahere ab oris Anelli frumenti salmas 300, et hordei 100 sine iure exiturae, vehendas ad oras, ubi est monasterium S. Ioannis in Venere (1).

Per Paschalem Notarium Alexinae.

N. 6.

Olim Arca B. Fasciculus 3, N. 1.

1299, *Martii* 31, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV. Neapoli.*

Rex mandat Riczardo Gambatisa Iustitiario Aprutii ultra flumen Piscariae, ut amoveat ab administratione Cabellae fundici salis in Aprutio Petrum Iohannis Andreae, eamque tradat quatuor annis Ioachim, et Iohanni de Canusio, qui se obligaverant ad solvendas uncias auri 1825.

Per Magistros Rationales.

---

(1) Hoc Monasterium S. Benedicto adhuc vitam agente fundatum scribit Ughellius T. VI. col. 672, Venet. 1720. At paulo post ipse Auctor, huius propositionis oblitus, diploma edit Henrici III. datum Kal. Martii an. 1047, quo longum post tempus fundatum Monasterium probatur. En verba *Ioannes Venerabilis Abbas Monasterii S. Ioannis Baptistae positi in territorio Teatinensi iuxta mare in loco Venere vocitato et constructo a Transmundo Comite filio Marchionis Transmundi.* Notitiae autem, quas de hoc Monasterio colligere potuimus, hae sunt: In laudato diplomate, et in alio Henrici IV. an. 1195 ab eod. Ughel. relato col. 699 describuntur bona ipsius Monasterii. Praeterea Alexander III. an. 1176 privilegium eidem Monasterio concedit, quo permultae Ecclesiae, ac bona a praedecessoribus Pontificibus ei donata recensentur. Id. col. 709. Idemque praestitit Innocentius III. an. 1204. Id. col. 715. Denique Bonifacius VIII. Monasterium in commendam dedit F. Thomae Aprutino, qui antea Monachus Coelestinus Congregationis S. Damiani fuerat; et postea a Coelestino V. Pontifice anno 1294 Presbyter Cardinalis titulo S. Caeciliae electus est; et anno 1300, IV. Non. Maii obiit. Vid. Ciacon. *Vit., et Gest. Pontif.* pag. 938. Patet igitur ratio, cur hic Cardinalis extrahendi *de maritima seu portu Anelli prope Alexinam salmas frumenti trecentas et ordei salmas centum de massaria sua Sancti Iohannis in Plano dicto loco vicina ferendum per mare usque ad litus seu maritimam Monasterii Sancti Iohannis in Venere ab inde usque Reatem per terram pro usu suo familie et equorum suorum impertiri licentiam* petat.

N. 7.

Olim Area C. Fasciculus 19, N. 20.

1299, *Aprilis* 28, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV. Trani.*

Portulani Trani, ut exsequantur litteras Henrici de Hervilla Magistri Portulani, et Procuratoris Apuliae, quae exscribuntur, sinunt Bartholomaeum Natalem extrahere de Portu Trani frumenti salmas 100, soluto iure exiturae, vehendas Venetias.

Per Marinum Notarium Trani.

N. 8.

Olim Area C. Fasciculus 32, N. 12.

1299, *Aprilis* 28, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV. Trani.*

Portulani Trani, ut exsequantur litteras Henrici de Hervilla Magistri Portulani, et Procuratoris Apuliae, quae exscribuntur, sinunt Dardum Guicium extrahere de portu Trani frumenti salmas 300 soluto iure exiturae, vehendas Venetias.

Per Marinum Notarium Trani.

N. 9.

Olim Area C. Fasciculus 30, N. 6.

1299, *Maii* 1, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV. Neapoli.*

Rex mandat Henrico de Hervilla Magistro Portulano, et Procuratori Apuliae, ut sinat Angelum Piperem extrahere de portu Baroli frumenti salmas 400, et totidem hordei sine iure exiturae, vehendas ad alia Regni loca.

Per Magistros Rationales.

N. 10.

Olim Area C. Fasciculus 30, N. 5.

1299, *Maii* 2, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV. Trani.*

Portulani Trani, ut exsequantur litteras Henrici de Hervilla Magistri Portulani, et Procuratoris Apuliae, quae exscribuntur, sinunt

Nicolaum Villarum extrahere de portu Trani frumenti salmas 1000, soluto iure exiturae, vehendas Venetias.

Per Marinum Notarium Trani.

FASCICULUS LVI.

N. 1.

Olim Arca B. Fasciculus 52, N. 4.

1299, *Maii* 3, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV. Trani.*

Portulani Trani, ut exsequantur litteras Henrici de Hervilla Magistri Portulani, et Procuratoris Apuliae, quae exscribuntur, sinunt Contulum Sannellam extrahere de portu Trani frumenti salmas 400 sine iure exiturae, vehendas Venetias.

Per Mangonum Notarium Trani.

N. 2.

Olim Arca C. Fasciculus 30, N. 17.

1299, *Maii* 3, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV. Neapoli.*

Rex mandat Henrieo de Hervilla Magistro Portulano, et Procuratori Apuliae, ut sinat Manfridum de Arguso extrahere de portu Baroli frumenti salmas 400, et hordei 100, sine iure exiturae, vehendas Brundusium.

Per Magistros Rationales.

N. 3.

Olim Arca B. Fasciculus 3, N. 12.

1299, *Maii* 4, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV. Manfridoniae.*

Portulani Manfridoniae, ut exsequantur litteras Henrici de Hervilla Magistri Portulani, et Procuratoris Apuliae, quae exscribuntur, sinunt Salvinum Iunctam extrahere de portu Manfridoniae frumenti salmas 400, soluto iure exiturae, vehendas Venetias.

Per Nicolaum Notarium Manfridoniae.

N. 4.

Olim Arca C. Fasciculus 20, N. 12.

1299, *Maii* 15, *Indictione* 15 (sic), *Caroli II. anno XV. Manfridoniae.*

Portulani Manfridoniae, ut exsequantur litteras Henrici de Hervilla Magistri Portulani, et Procuratoris Apuliae, quae exscribuntur, sinunt Notarium Iosephum extrahere de portu Manfridoniae frumenti salmas 100, soluto iure exiturae, vehendas Cyprum.
Per Nicolaum Notarium Manfridoniae.

N. 5.

Olim Arca B. Fasciculus 23, N. 2.

1299, *Maii* 15, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV. Manfridoniae.*

Portulani Manfridoniae, ut exsequantur litteras Henrici de Hervilla Magistri Portulani, et Procuratoris Apuliae, quae exscribuntur, sinunt mercatores de societate Bardorum extrahere de portu Manfridoniae frumenti salmas 220, soluto iure exiturae, vehendas Ravennam, et Cyprum.
Per Nicolaum Notarium Manfridoniae.

N. 6.

Olim Arca H. Fasciculus 78, N. 11.

1299, *Maii* 15, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV. Manfridoniae.*

Portulani Manfridoniae, ut exsequantur litteras Henrici de Hervilla Magistri Portulani, et Procuratoris Apuliae, quae exscribuntur, sinunt mercatores de societate Bardorum extrahere de portu Manfridoniae frumenti salmas 1700, soluto iure exiturae, vehendas Cyprum.
Per Nicolaum Notarium Manfridoniae.

N. 7.

Olim Arca H. Fasciculus 51, N. 2.

1299, *Iunii* 2, *Indictione* 12, *in Monasterio S. Mariae de Victoria.*

Monasterium S. Mariae de Victoria eligit Stephanum procuratorem suum, ut recipiat a Magistris Salis Aprutii thuminos salis 50 sibi concessos a Carolo I., et confirmatos a Carolo II.

N. 8.

Olim Arca B. Fasciculus 9, N. 4.

1299, *Iunii* 12, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV. Neapoli.*

Rex mandat Secretis Apuliae, ut solvant quotannis Archipresbytero, et Capitulo Barolitanae Ecclesiae quartam partem decimae veterum iurium Curiae in Dohana Baroli, nec non tarenos auri 15 super iuribus veteribus Bucheriae ipsius Terrae(1), et cerae libras 60 pro cereo Paschali.

Per Magistros Rationales.

N. 9.

Olim Arca B. Fasciculus 55, N. 16.

1299, *Iunii* 29, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV. Neapoli.*

Rex mandat Secretis Apuliae, ut solvant Leucio Episcopo Botontino (2) decimas baiulationis, et aliorum iurium Botonti, dummodo constet elapsis annis solutas fuisse.

Per Magistros Rationales.

---

(1) Quid sibi velint *Iura vetera*, non aliunde, quam ex membrana N. 10 discimus: ibi enim ea dicuntur, *quae percipiebantur antequam nova statuta imponerentur in Regno per quondam dominum Fredericum Romanorum Imperatorem.*

(2) Novimus hunc Episcopum a Bonifacio VIII. tunc in Petri Cathedra sedente fuisse ab administratione Ecclesiae Botontinae suspensum, et tandem a Clemente V. an. 1306 restitutum. Vid. Ughel. Tom. VII. col. 687. Quo anno huiusmodi poena ei fuerit inflicta, nemo nos docuit. Illud igitur nostrae chartae debemus, quod id ante III. Kal. Iul. 1299 factum, minime suspicemur.

N. 10.

Olim Arca H. Fasciculus 2 il 2.° (sic) N. 11.°

1299, *Iulii* 15, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV. Trani.*

Commissarius Thomasii de Terreno Secreti, et Magistri Salis Curiae in Apulia, ut exsequatur mandatum Regium denutiatum per litteras ipsius Secreti quae exscribuntur, declarat Archiepiscopum Tranensem (1) a Catholicorum Regum temporibus consuevisse percipere quotannis degalatra cerae 12 pro cereo Paschali, et decimas proventuum Dohanarum, et aliorum veterum iurium Curiae in Trano, et Barolo, nec non uncias auri 4 de proventibus Bucchariae Trani, et Baroli.

Per Marinum Notarium Trani.

FASCICULUS LVII.

N. 1.

Olim Arca H. Fasciculus 26, N. 6.

1299, *Augusti* 10, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV. Baroli.*

Aczolinus Marci declarat se induisse habitum Sacrae Domus Militiae Templi, et eidem donasse quamdam vineam sitam in pertinentiis Terrae Vestarum.

Per Alemagnum Notarium Baroli.

(1) Quatuor viri, qui Tranensem Ecclesiam diversis temporibus administrarunt, in membrana memorantur. Horum primus fuit Iacobus, cui successit Nicolaus de Urbe. De his vide Ughel. Tom. VII. col. 906. Mortuo Nicolao, Ecclesia Tranensis *in spiritualibus, et temporalibus* per sedem Apostolicam fuit concessa Opiczoni Patriarchae Antiochensi. Hunc tamen Ughel. loc. cit. vocat Othobonum. Tandem renunciatus est Iohannes, qui Idib. Iul. 1299 adhuc vivebat. Unde emendandus est idem Ughellius, qui loc. cit. mortem huius anno 1298 evenisse scribit. Quae autem ipso anno de electione successoris idem auctor scribit, ad an. 1299 sunt revocanda; praesertim quum huius electio anno V. Bonifacii VIII. Id. Novemb. facta dicatur, quae notae nonnisi ad an. 1299 pertinere possunt.

N. 2.

Olim Arca B. Fasciculus 3, N. 2.

1292, *Augusti* 11, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV. Trani.*

Portulani Trani, ut exsequantur litteras Henrici de Hervilla Magistri Portulani, et Procuratoris Apuliae, quae exscribuntur, sinunt Sindolfum Sir Constantii extrahere de portu Trani hordei salmas 200 frumenti salmas 10, semulae, et farinae salmas 15 sine iure exiturae, et tareni, vehendas ad Calabriam, et Siciliam.

Per Mangonum Notarium Trani.

N. 3.

Olim Arca B. Fasciculus 1, N. 2.

1299, *Augusti* 11, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV. Piscariae.*

Petente Angaraymo de Frenis, transumitur in formam publicam mandatum Regium, quo praecipitur Cabellotis Salis Curiae in Aprutio, ut ei solvant quotannis, eiusque heredibus uncias auri 400 sub servitio 20 militum.

Per Guilielmum Bartholomaei Notarium Piscariae.

N. 4.

Olim Arca B. Fasciculus 39, N. 14.

1299, *Augusti* 11, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV. Trani.*

Portulani Trani, ut exsequantur litteras Henrici de Hervilla Magistri Portulani, et Procuratoris Apuliae, quae exscribuntur, sinunt Sindolfum Sir Constantii extrahere de portu Trani hordei salmas 68, sine iure exiturae, vehendas ad Calabriam, et Siciliam.

Per Mangonum Notarium Trani.

N. 5.

Olim Arca A. Fasciculus 83, N. 2.

1299, *Augusti* 20, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV. Baroli.*

Petente Thomasio de Terreno Secreto, et Magistro Salis Curiae in

Apulia, transumitur in formam publicam mandatum Regium, quo praecipitur Secretis, Magistris Portulanis, et Procuratoribus, et Magistris Salis Curiae in Apulia, ut solvant P. Archiepiscopo Acherontino decimas Baiulationis Acherontiae, si eas a Catholicorum Regum temporibus percipere consueverint (1).

Per Thomasium de Flore Notarium Baroli.

N. 6.

Olim Arca A. Fasciculus 81, N. 3.

1299, *Augusti* 29, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV. Cutrone.*

Sindelfus Sir Constantii declarat se, quia non poterat appellere ad oras Siciliae, exonerasse navim Cutrone, quia, revocato e Sicilia exercitu Regio cum Duce Calabriae, alter exercitus sub auspiciis Iohannis de Monte-Forti recesserat in Vallem- Gratis (2).

Per Nicolaum de Comito Notarium Cutronis.

---

(1) Archiepiscopus Acheruntinus, qui in membrana nominatur, est Petrus, de quo nos pag. 9, not. (1). Hic ab Ughellio *Ital. Sacr.* Tom. VII. col. 43. Ven. 1711, dicitur mortuus anno 1299. Nostra autem membrana ostendit non ante diem 20 Augusti id evenisse.

(2) Hanc membranam, quia plura continet, quae expeditionis Siculae vicissitudines ostendunt, edendam suscipimus.

» In nomine domini Amen Anno incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo nonagasimo nono mense Augusti vicesimo nono eiusdem duodecime » Indictionis Regnante domino nostro Rege Karulo secundo dei gratia excellentissimo Ierusalem et Sicilie Rege ducatus Apulie et principatus Capue » provincie et forqualcherii egregio Comite Regnorum eius anno quintodecimo » feliciter amen Nos Gualterius de Sancto Marco, et Raynaldus Nomicisius » portulani portus Civitatis Cutroni et nos Clarissimus de Strongulo Iudex » civitatis ipsius Nicolaus de Comito puplicus eiusdem Civitatis Cutroni Notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati presentis scripti » serie notum facimus et testamur quod discretus vir Sindelfus sir Constantii » de Trano cum quodam panzono sue ut dixit vocato Sanctus Martinus honerato ordeo semula et frumento cum quibusdam aliis mercibus in eodem » panzono existentibus ad portum Civitatis Cutroni olim quartodecimo die predicti mensis Augusti predicte duodecime Indictionis applicuit asserens se ad » partes Sicilie cum predicto Panzono et honere transfetare debere ad exercitum domini nostri Regis ubi excellentissimus Dominus Dux Calabrie commoratur vel ad exercitum regium in Calabrie partibus existentem cum Magnifico domino domino Iohanne de Monteforti Squillacii et montis Caveosi » Comite Regni Sicilie Camerario et Calabrie Capitaneo generali et sic idem » Sindelfus eo quod puplice ferebatur per Civitatem Cutroni predictam quod » felix exercitus domini nostri Regis de partibus Sicilie recesserat et predictus » magnificus comes ad partes Vallis Gratis cum eodem exercitu Regio existebat

N. 7.

Olim Arca C. Fasciculus 25, N. 15.

1299, *Augusti* 30, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV*. *Fogiae*.

Universitas Fogiae, ut exsequatur litteras Petri de Marra Iustitiarii Capitanatae, eligit suos iudices Nicolaum de Notario Andrea, et Iohannem de Lyone pro onno XIII. Indictionis.

Per Matthaeum Peregrini de Iudice Symone Notarium Fogiae.

» ubi vas aliquod transfetare nen potest in eadem Civitate Cotroni de predi-
» cto panzono exhoneravit et vendidit od generalem salmam cutroni et men-
» suram ad rationem videlicet de Thuminis octo pro unaquaqua ipsarum sal-
» marum ordei salmas ducentas nonagiota octo semule salmas quindecim inter
» quam simulam erat farina et frumeoti salmas decem Et quia ut nobis idem
» Sindolfus usseruit Nobilibos viris portulanis civitatis Trani pro parte Curie de-
» derit fideiussoriam cautionem ut de exhoneratiooe et venditione dictorum
» victualium semulo et farine ab Excellentissimo Duco Calabrie supradicto vel
» eodem magnifico Comitu de eo silicet in cuius exercitu ipsum exhoneraro con-
» tingeret victualia semulam et farinam predictam eis deferat responsales ad
» Regie Curie certitudioem et eorum cautelam Eo quod pro iustis causis predictis
» ad uullum predictorum exercituum potuit applicaro cum dicto panzone ordeo
» frumento semula et farina predictis petiit a nobis haberu de predictis omni-
» bus ad Regie Curie certitudinem et ipsorum Portulaoorum Tranensiom et
» suam cautelam puplicum iostrumentom propter quod quia de predictis omoi-
» bus nobis pleoo coostitit et rei veritas ut predicitur sic se habet presens in-
» strumentum puplicum oidem Sindolfo exinde factum est ad certitudinem Cu-
» rie et dictorum portulanorum Trani ac ipsius Sindolfi cautelam per ma-
» nus mei pradicti puplici Cutroni Notarii sigoo meo solito et subscriptiono
» signatom nec non uostrorum qui supra portulanorum et Iudicis sigillo et
» subscriptione ac subscriptorum testium subscriptionibus roboratum Quod autem
» superius in decima linea obi legitur commoratur et in decima nona lioca ubi
» legitur ab excellentissime Duce abrasum videtur et emendatum pro autentice
» habeatur quia per me predictum Notarium abrasum et emandatum extitit non
» vitio sed errore Scriptum Cutroni anoo meose die et Indictione premissis.

» Ego Clarissimus de Strengule Iudex Cutroni qui sopra subscripsi et meo
» sigillo sigillavi.

» Ego Raynaldus Nomicisius portulanus portus Cutroni qui supra subscripsi
» et sigillum proprimm apposui.

» Ego Gualterius de Sancto Marco portulanus portus Cotroni qui supra
» sobscripsi et sigillum proprium appesui.

» Ego Senator de Rossano habitator Cotroni subscripsi.

» Ego Heoricus de Rocca subscripsi.

» Ego Marcus Castaldus sobscripsi.

» Ego Regerius Maurellus de Cotrono tester.

» Ego qui supra Nicolaus de Comico puplicus Cutroui Notarius presens
» instrumentum puplicum scripsi et subscripsi.

N. 8.

Olim Arca H. Fasciculus 47, N. 6.

1299, *Augusti* 30, *Indictione* 12, *Caroli II. anno XV. Civitellae.*

Universitas Civitellae eligit Raynaldum Domini Trasimundi Magistrum Iuratum pro anno XIII. Indictionis.

Per Apostolicum Domini Gilielmi Notarium Civitellae.

N. 9.

Olim Arca G. Fasciculus 8, N. 2.

1299, ... *Indictione* 12, *Caroli II. anno XIV. Baroli.*

Petentibus Angelo de Riso, et Iohanne de Terreno Secretis, et Magistris Salis Curiae in Apulia, transumitur in formam publicam instrumentum continens pacta inter Carolum II., et Mariam dictam quondam Domicellam Ierosolymitanam de solutione annui reditus ipsi Mariae debiti ex venditione Regni Ierusalem facta Carolo I. Transumitur etiam mandatum Caroli Regis Hungariae Principis Salernitani, Vicarii in Regno Siciliae, quo praecipitur Secretis, Magistris Portulanis, Procuratoribus, ac Magistris Salis Curiae in Apulia, ut solvant dictae Mariae ipsum reditum (1).

Per Gualterium de Benedicto Notarium Baroli.

---

(1) Hoc instrumentum, et mandatum, quia ad patriam historiam illestrandam aliquod possunt lumen adiicere, integra exscripsimus.

» In nomine domini nostri Ieshu Christi amen Anno nativitatis eiusdem
» millesimo ducentesimo octuagesimo nono die vicesimo mensis Iunii secunde
» Indictionis Pontificatus domini Nicolai pape quarti anno secundo Per presens
» puplicum instrumentum pateat universis et singulis tam presentibus qeam
» futuris quod in presencia Reverendorum patrum dominorum Dei grasia Ge-
» rardi Episcopi Sabinensis et Benedicti Santi Nicolai in carcere tulliano
» diaconi Cardinalis ac mei Iohannis notarii et testium subscriptorum ad hoc
» specialiter vocatorum et rogatorum Illustris Domicella Maria dicta quondam
» Domicella Ierosolimitana proposuit asserendo quod inter convenciones alias
» habitas olim inter dive memorie dominem Karolum Sicilie Regem illustrem
» et domicellam ipsam in donacione quam eadem domicella de regno Ierosoli-
» mitano Regi fecit eidem promisit idem Rex predicte domicelle et obligavit se
» ac heredes suos sollempni stipulacione iuramenti grandisque pene pecuniario
» adiectione vallata solvere annis singulis eidem domicelle Parisuis in domo
» templi quatuormilia librarum turonensium que solvende sibi de redditibus
» Comitatus Andegaviae per suas patentes litteras assignavit Promisit insuper

N. 10.

Olim Arca B. Fasciculus 4, N. 7.

1300, (1299) *Septembris* 1, *Indictione* 13, *Caroli II. anno XV. Trani.*

Portulani Trani, ut exsequantur litteras Henrici de Hervilla Magistri Portulani, et Procuratoris Apuliae, sinunt Franciscum de Suario

---

« prefatus dominus Rex solvere quolibet anno eidem domicella sicut ipsa dicebat in Acon decem milia Bisanciorum sarracenacorum aureorum Et quia in solucione predictorum quatuormilium librarum turonensium cessatum est quadriennio sex mensibus et ultra In solucione vero predictorum decem milium bisanciorum cessatum est triennio et fere septem mensibus iam elapsis sicut de iis omnibus asserebat eadem domicella petebat instanter a serenissimo Principe domino Karolo Secundo dei gratia Ierusalem et Sicilie Rege Illustri presente tamquam ab hereda et successore legitimo predicti quondam Regis Karoli servari sibi et adimpleri per eum predictas convenciones promissiones et obligaciones et satisfieri in premissis in quorum est solucione cessatum Super quo multis et diversis tractatibus habitis intervenientibus tandem prefatis dominis Cardinalibus ec reverenda in Christo patre domino Hugono dei gratia tituli sancte Sabine presbitero cardinali iidem dominus Rex et domicella ad infrascriptas convanciones et concordiam devenerunt videlicet quod idem dominus Rex Karolus secundus promisit et sollempni stipulacione convenit in instanti solvere prefate domicelle mille libras parvorum turonensium de turonis et regi Francie pro eadem domicelle alias mille libras turonensium quas domicella ipsa sibi dicebat per eumdem Regem Francie fuisse liberaliter mutuatas promisit insuper prefatus dominus Rex Karolus secundus eadem stipolacione dare et solvere eidam domicelle sex milia librarum turonensium similium et si priusquam ei solverentur predicta sex milia librarum eam mori contingeret possit eedem domicella libere testari de illis et ea legare ac dimictare cui vel quibus sibi placuerit et idem dominus Rex ea illi vel illis cui vel quibus legata fuerint dare et solvere teneatur promisit insuper predictus dominus Rex Karolus secundus stipulacione prefata dare at solvere oidem domicelle usque ad tres annos immediate sequentes quolibet anno duo milia librarum similium turonensium videlicet in fine cuiuslibet mensis a die presenti in antea computandi similium turonensium libras centum sexaginta sex solidos tredecim et turonenses quatuor Ita quod in fine cuiuslibet anni sit eidem domicelle de predictis duobus milibus librarum turonensium integraliter satisfactum et eadem duo milia librarum turonensium percipienda per domicellam eamdem in proventibus et redditibus fundici et dohane Trani quolibet anno usque ad annos tres in terminis supradictis eidem domicelle prefatus dominus Rex per suas patentes litteras assignavit Completis vero tribus annis predictis conveneiones et pacta resumantur in eo modo statu et forma prout inter prefatos quondam dominum Regem Karolum et domicellam facta fuerunt in douacione superius nominata et ea sibi promiserunt ad invicem prefati dominus Rex Karolus secundus et domicella Marie prout ad eorum pertinet unumquemque firmiter ex tunc servare

extrahere de porta Trani frumenti salmas 42 soluto iure exiturae, vehendas Venetias.

Per Leonem Notarium Trani.

» et inviolabiliter adimplere prefata quoque domicella Maria bona et spon-
» tanea voluntate sua et ex certa scientia remisit et graciose donavit eidem
» domino Regi Karolo secundo et heredibus suis totum et omne debitum in
» quo idem dominus Rex sibi tenetur et teneri posset racione predictorum
» quatuor milium librarum turonensium et decem milium bisanciorum sarrace-
» nacorum omnemque penam spiritualem et temporalem contractam per eum-
» dem dominum Regem Karolum secundum seu patrem suum occasione cuius-
» cumque diminucionis seu defectus habiti per ipsos seu ipsorum alterum in
» observacione et adimplectione predictarum convencionum habitarum in do-
» nacione superius nominata pro toto predicto tempore et usque in predictos
» tres annos completos et promisit sollempni stipulacione prefata domicella
» nihil umquam petere vel requirere de predictis omnibus et singulis que re-
» misit in iudicio vel extra iudicium ab eodem domino Rege Karolo secundo
» pro se et suis heredibus legitime stipulante quoniam sic inter eos convenit et
» domicella ipsa de ipsis se reputat bene contentam pro quibus omnibus et
» singulis supradictis firmiter observandis et plenarie adimplendis prefati do-
» minus Rex Karolus secundus et domicella prout ad eorum pertinet unum-
» quemque sibi ad invicem se ipsos et heredes suos et successores omniaque
» sua et heredum ac successorum suorum bona omnia mobilia et immobilia
» presencia et futura specialiter obligarunt et renunciaverunt in predictis omni-
» bus et singulis prout tangitur unusquique omni iuris et legum auxilio cano-
» nici et civilis consuetudini et statuto privilegio fori beneficio restitucionis in
» integrum omnibus apostolicis litteris privilegiis indulgentiis et aliis quibus-
» cumque a sede apostolica impatratis et etiam impetrandis et generaliter omni
» alii exceptioni actioni defensioni et rei que contra presens instrumentum vel
» factum possent quomodolibet obici vel opponi et specialiter iuri dicenti ge-
» neralem renunciationem non valere In quorum omnium testimonium et evi-
» dentiam pleniorem prefati dominus Rex Karolus secundus et domicella Ma-
» ria presens instrumentum exinde duplicatum ut penes ipsorum remaneat
» unumquemque sigillorum suorum appensionibus munierunt Actum Reate pre-
» sentibus eisdem dominis Gerardo et Benedicto Cardinalibus domino Symone
» Archiepiscopo Bituricense domino Iohanne Abbate Sancti Germani Parisiensi
» domino Hugone Comite Brenne et Licii domino Iohanne Scocto et pluribus
» aliis ad hoc vocatis et rogatis testibus Et ego Iohannes de Capua puplicus
» apostolica auctoritate nunc eiusdem domini Regis notarius predictis omnibus
» interfui et ea rogatus scripsi et puplicavi meoque consueto signo signavi
» Tenor litterarum predicti quondam domini Regis Ungarie Regni Vicarii si-
» militer per omnia talis erat Karolus primogenitus Illustris Ierusalem et Si-
» cilie Regis Dei gratia Rex Ungarie princeps Salernitanus et honoris montis
» Sancti Angeli dominus ac eius in regno Sicilie vicarius generalis Secretis Ma-
» gistris Portulanis procuratoribus ac Magistris Salis Apulie presenti et futuris
» devotis suis salutem et dilectionem sinceram Mandata domini patris nostri
» ad nos iam pluries pervenerunt ut egregie mulieri domicelle Marie de Ie-
» rusalem consanguinea sue certam summam pecunia annis singulis iuxta con-
» venciones et pacta habita inter eam et dictum dominum patrem nostrum in

*

FASCICULUS LVIII.

N. 1.

Olim Arca A. Fasciculus 87, N. 6.

1299, *Septembris* 6, *Indictione* 13, *Caroli II. anno XV. Neapoli.*

Rex mandat Petro de Marra Iustitiario Capitanatae, ut solvat

» quibuscumque ioribus sue curie faciamus exolvi Nos autem volentes paternas
» exequi iussiones prout possibilitas subministrat pridem cum consilii delibera-
» tione providimus nunciis eiusdem domicelle presentibus quod de annuis tu-
» ronensium de turonis librarum quatuormilibus que a vicesimo primo mensis
» Iunii primo preteriti quinte Indictionis inantea dicebantur eidem domicelle per
» Regiam Curiam annis singulis ex conventionum ipsarum forma deberi Libra-
» rum duo milia pro medietate dicte quantitatis eidem domicelle si per tenorem
» conventionum constaret annis singulis de fiscali pecunia solverentur residuo
» ad solvendum eidem domicelle possibilitatis tempore reservato Et quia in
» fondico et dohana Trani dicte domicelle cuiusdam alterius quantitatis pecu-
» nie sibi debite per tenorem conventionum ipsarum alias perceptio extitit de-
» putata eius supplicationibus inclinati cum in satisfactione dicte pecunie defi-
» cere non possumus nec debemus ex expressorum domini patris nostri incul-
» cationibus mandatorum perceptionem predicte pecunie super iuribus et pro-
» ventibus predictorum fundici et dohane Trani domicelle concessimus antedicte
» Quare devotioni vestre presentium tenore mandamus quatenus si per litteras regias
» quas habere dicitur domicella ipsa de conventionibus supradictis plene con-
» stiterit quod eidem domicelle a predicto vicesimo primo mensis Iunii inantea
» turonensium de turonis librarum quatuormilia ex forma conventionum ipsa-
» rum annis singulis de fiscali pecunia debeantur vos pro medietate quantitatis
» eiusdem huiusmodi librarum duomilia turonensium vel pro eis uncias auri
» octingentas generalis ponderis prout ex communi cambio valere noscuntur
» a predicto vicesimo primo die mensis Iunii si ex tunc illas tenetur recipere
» in antea anno quolibet per certa videlicet tempora prout in eisdem conventio-
» nibus videritis contineri eidem domicelle vel eius nuncio seu nunciis pro eadem
» super iuribus et proventibus predictorum fundici et dohane Trani iuxta teno-
» rem conventionum ipsarum sine defectu et difficultate exhiberi mandetis fa-
» cientes recipi de hiis que exhibita fuerint ydoneas apodixas non obstante man-
» dato aliquo huic contrario facto vobis vel in posterum faciendo et illo
» precipue per quod vobis expressius est iniunctum ut omnem pecuniam offi-
» ciorum vestrorum mittatis et assignetis Venerabili patri domino G. Capuda-
» queosi episcopo magne Regie Curie Magistro rationali et eum Guidone de
» Alamania milite de mandato regio totius fiscalis pecunie receptori vel alio
» forte vobis directo per eumdem Episcopum de pecunia eius substituto ad
» hoc in ipsis partibus assignanda per que effectus presentium impediri possit
» in aliquo vel differri aliquatenus non obstante presentium autem originalium
» litterarum transumpto in puplicam formam recepto quod tempore debito in
» vestro ratiocinio producetis eas penes domicellam prefatam vel eius nuncium

Nicolao de Baro Notario, et Familiari Regio gagia quatuor mensium ad rationem recensitam.

Per Magistros Rationales.

N. 2.

Olim Arca B. Fasciculus 3, N. 17.

1299, *Septembris* 9, *Indictione* 13, *Caroli II. anno XV. Neapoli.*

Rex mandat Gualterio de Melficta Iustitiario Terrae-Ydronti, ut solvat nuntiis Comitis Coriliani, qui praeerat obsidioni Terrae Ordeoli (1), residuum generalis subventionis impositae in Terris suae iurisdictionis.

Per Magistros Rationales.

N. 3.

Olim Arca B. Fasciculus 9, N. 1.

1299, *Septembris* 12, *Indictione* 13, *Caroli II. anno XV. Piscariae.*

Petente Pontio Nuntio Praeceptorum, et Fratrum Hospitalis S. Spiritus in Saxia (2), transumitur in formam publicam mandatum

---

» volumus remanere de eo autem quod diete domicelle debetur a predicto vi-
» cesimo primo die mensis Iunii usque per totum presentem mensem augusti
» huius quinte Indictionis si in iuribus et proventibus predictorum fuodici et
» dohane presentis anni satisfieri non potest illud in eisdem iuribus anno pro-
» ximo venientis sexte Indictionis faciatis eidem integre exhiberi Datum Nea-
» poli anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo die vicesimo
» primo Augusti quinte Indictionis regni nostri anno primo.

(1) Hanc Terram in Iustitiariatu Vallis-Gratis et Terrae-Yordanae fuisse scimus ex Reg. sign. 1269 B. fol. 40, et 1269 D. fol. 187; ubi legimus eam donatam Iozelino de Maria. Eiusdem Terrae fines leguntur in Reg. sign. 1274 B. fol. 161, quam mortuo Iozelino, Angelus, et Galganus eius filii anno 1278 obtinuerunt. Vid. Reg. sign. 1278, et 1279 H. fol. 223. Tandem Robertus Comes Atrebatensis mense Februarii IV. Indictionis (1290) eam, quae tunc temporis ad Iacobum filium Galgani pertinebat, diligenter custodiri iussit; quippe quae *in fronteriis hostium* posita erat. Vid. Reg. sign. 1291 A. fol. 201 a t.°

(2) Hospitale S. Spiritus in Saxia ab Innocentio III. sub Regula S. Augustini anno 1204 institutum fuit. Vid. Bonann. *Ordinum Religiosor. Catalog.* pag. LIV. Romae 1706. Plura fuere bona, quae ad hoc Hospitale in nostro Regno pertinuerunt, quaeque recensentur in Reg. sign. 1304 D. fol. 151 a t.°, 1308 E.

Regium, quo praecipitur Cabelloti Salis, et Fundicariis Aprutii, ut sinant eos extrahere quotannis de salinis suis in Piscaria salis thumines 300 sine ullo iure.

Per Angelum Magistri Angeli Notarium Piscariae.

N. 4.

Olim Arca B. Fasciculus 50, N. 1.

1299, *Septembris* 12, *Indictione* 13, *Caroli II. anno XV. Piscariae.*

Petente Ioachim Cabelloto Salis Curiae in Aprutio, transumitur in formam publicam mandatum Regium, quo praecipitur Magistris Salis Curiae in Aprutio, ut exhibeant quotannis Monasterio Fratrum Praedicatorum in Aquila thumines salis 50 in festo Exaltationis S. Crucis.

Per Angelum Magistri Angeli Notarium Piscariae.

N. 5.

Olim Arca B. Fasciculus 54, N. 18.

1299, *Septembris* 15, *Indictione* 13, *Caroli II. anno XV. Piscariae.*

Petente Ioachim Magistro Salis Curiae in Aprutio, transumitur in formam publicam mandatum Regium, quo praecipitur Magistris Salis Curiae in Aprutio, ut sinant Monasterium S. Petri prope Roccam Montis-Plani (1) extrahere de Salinis eius quotannis thumines salis 100, eique solvant pretium salis ibi confecti, vel conficiendi.

Per Angelum Magistri Angeli Notarium Piscariae.

---

fol. 26 a t.°, 1308 G. fol. 152, et 160, 1309 H. fol. 498, 1309 I. fol. 171, et 1309 F. fol. 84. Inter haec recensentur etiam Salinae in Piscaria Reg. sig. 1305 B. fol. 185. Merito igitur Carolus Rex liberam extractionem salis ipsis concedit.

(1) Hoc monasterium ad sanctimoniales Ordinis S. Clarae pertinuisse ex membrana novimus. Miramur autem, quod Waddingius in iis recensendis diligentissimus, propinqua Monasteria memorando, nil de eo in suis *Annalibus Ordinis Minorum* scribendum censuerit.

N. 6.

Olim Arca A. Fasciculus 83, N. 10.

1300, (1299) (1) *Septembris* 15, *Indictione* 13, *Caroli II. anno XV. Baroli.*

Portulani Baroli, ut exsequantur Capitulum mandati Regii denuntiatum per litteras Henrici de Hervilla Magistri Portulani, et Procuratoris Apuliae, quae exscribuntur, sinunt Guilloctum de Alamagno extrahere de portu Baroli frumenti salmas 811, et thuminos 2 soluto iure exiturae, vehendas Venetias.

Per Thomasium de Flore Notarium Baroli.

N. 7.

Olim Arca ... Fasciculus .., N. ...

1299, *Septembris* 18, *Indictione* 13, *Caroli II. anno XV. Piscariae.*

Petente Ioachim Cabelloto Salis Curiae in Aprutio, transumitur in formam publicam mandatum Regium, quo praecipitur Secretis Apuliae, Magistris Salis Curiae in Aprutio, et Baiulis Sulmonae, ut dent quotannis Monasterio S. Mariae de Victoria decem miliaria olei, decem cantaria ferri stracti (2), salis thuminos 500, et 400 libras amygdalarum.

Per Angelum Magistri Angeli Notarium Piscariae.

N. 8.

Olim Arca B. Fasciculus 22, N. 6.

1299, *Septembris* 20, *Indictione* 13, *Caroli II. anno XV. S. Flaviani.*

Petente Nicolao Bartholomaei Baiulo Cabellae Baiulationis S. Flaviani, transumitur in formam publicam mandatum Regium, quo praecipitur Cabellotis ipsius Cabellae ut solvant quotannis Gentelutio de Exculo uncias auri 30, sub servitio unius militis cum dimidio.

Per Alexandrum Raymundi Notarium S. Flaviani.

---

(1) Notarius Thomasius de Flore in aliis instrumentis anno Pisano utitur. Vid. pag. 143, not. (1).

(2) Ceteris concessionibus, quibus alibi ditatum vidimus Monasterium S. Mariae de Victoria hanc adde, quae Regum nostrorum pietatem, et munificentiam luculentius testatur. Quanti enim valeant decem miliaria olei, alibi innuimus pag. 82, not. (1). Ferrum autem *stractum*, cuius decem cantaria donantur, idem est ac ferrum e fodinis *extractum*, seu, ut Itali loquuntur, *gresso*. Nostra isthaec coniectura si minus placet, aliam significationem proponendi liberiorem doctis viris relinquimus facultatem. Aliae concessiones planissimae sunt.

N. 9.

Olim Arca B. Fasciculus 22, N. 7.

1300 (1299) (1), *Septembris* 28, *Indictione* 13, *Caroli II. anno XV. Baroli.*

Portulani Baroli, ut exsequantur Capitulum mandati Regii denunciatum per litteras Henrici de Hervilla Magistri Portulani, et Procuratoris Apuliae, quae exscribuntur, sinunt Guilloctum de Alamagno extrahere de portu Baroli frumenti salmas 188 et thuminos 6 soluto iure exiturae, vehendas Regusium.

Per Thomasium de Flore Notarium Baroli.

N.º 10.

Olim Arca B. Fasciculus 18, N. 4.

1299, *Septembris* 30, *Indictione* 13, *Caroli II. anno XV. Neapoli.*

Rex respondet nonnullis quaestionibus sibi propositis a Rostayno Cantelmi Generali Capitaneo Aprutii (2).

---

(1) Iudex Angelus de Riso interfuit aliis instromentis XVI. Kal., et IV. Id. Febr. VIII. Id. Mart. prid. Non., et Idib. April. VIII., VII., et prid. Kal., et prid. Id. Iun. IV. Id. August., et prid. Kal. Sept. 1300. Igitur eius officium a Kal. Sept. 1299 incoepit, et prid. Kal. Sept. 1300 desiit. Quare nostra membrana anno 1299 scripta est. Vid. etiam pag. praeced. not. (1).

(2) Hoc Diploma, quia plura continet scitu utilia, quae ad iustitiae administrationem sub Carolo II. pertinent, edendum putavimos.

» Karolus secundus Dei gratia Rex Ierusalem et Sicilie Ducatus Apulie et
» principatus Capue provincie et forcalgoerii Comes Rostayno Cantelmi gene-
» rali Capitaneo Aprucii et speciali civitatis Aquile ac districtus eius nec non
» montis Regalis Amatricii Accumuli Gonesse Argrante Vallis de Costellana In-
» troduci et Vallis eius cum Clausura usque Reate Ciculi et Carsoli dilecto
» Consiliario familiari et fideli suo gratiam suam et bonam voluntatem Multa
» oportet circa rigorem Iuris pro consideratione quod imminet temporis equita-
» ti relinquere que alias forent lima Iusticie strictius dispungenda Tuis ergo
» consultationibus diligenter attentis tibi usque ad maiestatis nostre beneplaci-
» tum de certa scientia nostra committimus ut si quando per generales inquisi-
» tiones quas es facturos interdum inveniri contigerit aliqua in terris locis Iu-
» risdictionis tue fuisse homicidia clandestine perpetrata que semiplene proban-
» tur vel alias ex probatione quorum certa condempnatio non resultat possis de
» homicidiis talibus cum universitate loci que exinde tangitur ipsa petente
» transigere prout tibi melius pro comodo Curie videbitur expedire Preterea
» ubi prout nonnunquam consuevit accidere Universitates terrarum et loco-
» rum dicte Iurisdictionis tue pro bono et pacifico statu suo et pro suorum

FASCICULUS LIX.

N. 1.

Olim Arca B. Fasciculus 59, N. 9.

1299, *Octobris* 24, *Indictione* 13, *Caroli II. anno XIII.*
(sic) S. Flaviani.

Petente Petro de Sanso Secreto Aprutii, transumitur in formam publicam mandatum Regium, quo praecipitur Secretis Aprutii, ut solvant quotannis filiis Roberti Monaldi iam defuncti uncias auri 20 ipsi a Carolo I. concessas.

Per Iacobum de Saducto Notarium S. Flaviani.

» singularium Civium subticenda infamia et crimine palliando de malefiiciis et
» delictis que per inquisitionem generalem solitam singulis annis fieri quam fe-
» ceris inveniri contigerit transigere tecum pro Curia sponte petant transigendi
» et componendi exinde cum eisdem sicut melius pro Curia poteris dummodo
» ius private persone si cui forte debetur exinde non ledatur plenam tibi con-
» cedimus usque ad ipsum nostrum beneplacitum auctoritate presentium pote-
» statem paterno capitulo in contrarium edito non obstante Hoc enim gratia vi-
» tandorum discriminum et que consueverunt plerumque consurgere in Univer-
» sitatibus terrarum huiusmodi exinde scandalorum merito duximus conceden-
» dum Ceterum quia difficile tibi foret contra malefactores et homines male
» fame de iurisdictione tua in terris eorum nativitatis inquirere cum interdum
» non minus alibi quam ibidem de illorum possit fama et processibus veritas
» indagari concedimus ut contra tales non solum in loco patrie vel originis
» eorumdem sed extra ubi scilicet contra ipsos de illorum processibus et exces-
» sibus possit melius inveniri inquirere valeas et procedere prout decet Insu-
» per ex ipsa tua consultatione perpenso quod propter diffusionem terrarum
» et locorum seu provinciarum iurisdictionis tue generalem inquisitionem in sin-
» gulis Terris facere bono modo non poteris propterea quod continget interdum loca-
» lem inquisitionem huiusmodi pretermitti tibi concedimus usque ad ipsius no-
» stre beneplacitum maiestatis ut extra terras castra et loca in quibus facturus
» eris pro tempore inquisitionem huiusmodi generalem in loco quem vi-
» deris habilem illinc distante per miliaria decem inquisitionem facere valeas
» supradictam Et illuc homines dictorum locorum ad inquisitionem huiusmodi
» evocare Demum quia vertebas in dubium utrum circa exactionem pene pro
» clandestinis homicidiis ab universitatibus que tanguntur secundum capitula
» vetera procedere debeas an illa noviter edita circa talia et statuta presenti-
» bus tibi respondentes ad illud iniungimus ut quia regulariter quod circa
» idem de novo decernitur mutat vel corrigit quod processit in exactione pe-
» ne prefate capitula nova teneas et observes Omnem vero pecuniam ex tran-
» sactionibus et compositionibus huiusmodi Curie proventuram fideliter pro cu-
» ria ipsa recipias et conserves successive ad nostram Cameram transmissurus
» Datum Neapoli anno domini M.° CC.° XCVIIII.° die ultimo Septembris XIII.°
» Indictionis Regnorum nostrorum anno quintodecimo.

N. 2.

Olim Arca B. Fasciculus 83, N. 18.

1299, *Octobris* 25, *Indictione* 13, *Caroli II. anno XV. Neapoli.*

Rex mandat Landulfo Rumbo Vicario Principatus, et Stratigoto Salerni, ut solvat gagia Castellanis, Servientibus Castrorum, aliisque officialibus Principatus, et Montanae Amalphiae (1) ad rationem singillatim recensitam.

Per Magistros Rationales.

N. 3.

Olim Arca .. Fasciculus 76, N. 16.

1299, *Octobris* 31, *Indictione* 13, *Caroli II. anno XV. Neapoli.*

Rex acceptat solutionem unciarum 16, et tarenorum 20 a Petro de Marra Iustitiario Capitanatae factam Gazocto de Pomeriis Regii hospitii Grafferio.

Per Magistros Rationales.

N. 4.

Olim Arca B. Fasciculus 1, N. 21.

1299, *Octobris* 31, *Indictione* 13, *Caroli II. anno XV. Neapoli.*

Rex mandat Pandulfo de Dompno Musco Iustitiario Basilicatae, ut solvat Petro Grasso Notario, et duobus Scriptoribus gagia duorum mensium ad rationem recensitam; nec non eidem Notario uncias duas cum dimidio pro *roba* praesentis hiemis.

Per Magistros Rationales.

---

(1) In scriptoribus medii aevi distinguitur *montana* Amalphiae a *maritima*, sed neutrius extensio, et fines, quod sciamus, designantur. Quid autem nomine *Montanae Amalphiae* intelligatur, luculenter eruitur ex Castris ipsius, quae singillatim recensentur; scilicet » Castrum Sancte Mariae de Maioro Castrum » Pageruli Castrum Scale maioris Castrum Scalelle Turris nova supra Ravellum » et Turris de supra montem.

N. 5.

Olim Arca M. Fasciculus 9, N. 37.

1299, *Novembris* 3, *Indictione* 13, *Caroli II. anno XV. Neapoli.*

Rex mandat Rostayno Cantelmi Capitaneo Aprutii, Aquilae, Postae Regalis, et Montanae, ut celeriter exigat residua generalis subventionis debita ab Universitatibus Aprutii, et pecuniam mittat ad Cameram.

Per Magistros Rationales.

N. 6.

Olim Arca E. Fasciculus 65, N. 11.

1299, *Novembris* 6, *Indictione* 13, *Caroli II. anno XV. Sulmonae.*

Petentibus Baiulis Cabellae Baiulationis Sulmonae, transumitur in formam publicam mandatum Regium, quo Rex, inserendo litteras suas pridem eisdem Secretis missas, mandat Secretis Aprutii, Baiulis, Cabellotis, et Credenzeriis iurium Buczariae civitatis Sulmonae, ut solvant quotannis Episcopo, et Capitulo Civitatis Reatinae uncias auri 20.

Per Iacobum Andreae Notarium Sulmonae.

N. 7.

Olim Arca A. Fasciculus 87, N. 15.

1299, *Novembris* 10, *Indictione* 13, *Caroli II. anno XV. Neapoli.*

Rex acceptat solutiones a Landulfo Rumbo Vicario, et Stratigoto Salerni factas Saducto de Adria Rationali, et Grafferio hospitii Regis.

Per Magistros Rationales.

N. 8.

Olim Arca A. Fasciculus 87, N. 2.

1299, *Novembris* 12, *Indictione* 13, *Caroli II. anno XV. Neapoli.*

Rex mandat Lippo de Florentia, et Sociis de Societate Bardorum Cabellotis Siclae Neapolis, ut solvant Fratri Bartholomaeo Ca-

merario Electensi Decretorum Doctori uncias auri 12, scilicet residuum unciarum auri 15, quae erant annua gagia pro lectione Decretorum habita Neapoli.

Per Magistros Rationales.

N. 9.

Olim Arca B. Fasciculus 83, N. 2.

1300, (1299) *Novembris* 13, *Indictione* 13, *Caroli II. anno XV. Trani.*

Petente Francisco de Suavio mercatore, Iudex, et Notarius declarant salmas frumenti 90 ab eo extractas a portu Trani, et vehendas Venetias proiectas fuisse in mare ob tempestatem exortam.

Per Iohannem Notarium Trani.

N. 10.

Olim Arca B. Fasciculus 83, N. 15.

1299, *Novembris* 15, *Indictione* 13, *Caroli II. anno XV. Guardiae-Lombardorum.*

Iudex, et Notarius declarant Bricium de Capua Actorum Notarium apud Gregorium Filimarinum Iustitiarium Principatus ultra Serras Montorii a die 15 Septembris continenter moratum esse ad suum munus obeundum.

Per Raynaldum Guillelmi de Tristayno Notarium Guardiae-Lombardorum.

FASCICULUS LX.

N. 1.

Olim Arca D. Fasciculus 36, N. 8.

1299, *Novembris* 19, *Indictione* 13, *Caroli II. anno XV. In terris Monasterii S. Vincentii de Vulturno* (1).

Philippus Domini Thomasii, et Franciscus Theodini, ut exsequantur mandatum Regium denuntiatum per litteras Nicolai Caraczoli Iustitiarii Aprutii citra flumen Piscariae, quae exscribuntur, iniungunt Baronibus singillatim recensitis, ut parati sint ad monstram faciendam.
Per Bartholomaeum Notarium Terrarum S. Vincentii de Vulturno.

N. 2.

Olim Arca B. Fasciculus 50, N. 12.

1299, *Decembris* 7, *Indictione* 13, *Caroli II. anno XV. Neapoli.*

Rex acceptat solutionem unciarum auri 100 a Rostayno Cantelmi Capitaneo Aprutii factam Gazocto de Pomeriis Regii hospitii Graffferio.

Per Magistros Rationales.

---

(1) Placebit fortasse alicui nostrarum antiquitatum studioso nosse Terras pertinentes ad Monasterium S. Vincentii de Vulturno, quod Gerardus Casinas monachus *iuxta fontem Vulturni fluminis a fundamentis extruxit,* et Paschalis II. Ecclesia an. 1117 dedicata decoravit. Vid. *Chron. Casin.* Lib. IV. cap. 55. En igitur ex nostra membrana Terrarum recensio: Corqua-Cupa, Ammicaonum, Fornallum, Colles, Scappuli, Vallis-Porcina, Picsonum, Castrum S. Vincentii, Vaccaricium, Pesculum-Pyncatarium, Iayamninum, Castellum novum S. Vincentii, Castellionum, Capud-Fluminis, quae omnia in Iustitiariatu Aprutii citra flumen Piscariae erant. Vid. Reg. sign. 1330. B. fol. 162, et 1415 fol. 86.

N. 3.

Olim Arca C. Fasciculus 19, N. 17.

1299, *Decembris 7, Indictione 13, Caroli II. anno XV. Neapoli.*

Rex mandat Gualterio de Melficta Iustitiario Terrae-Ydronti, ut statim emat decem equos pro Roberto Duce Calabriae in Sicilia (1), eosque ad Regiam Curiam ante festum Nativitatis Dominicae mittat.

Per Magistros Rationales.

N. 4.

Olim Arca B. Fasciculus 38, N. 7.

1300, (1299) *Decembris 9, Indictione 13, Caroli II. anno XV. Baroli.*

Portulani Baroli, ut exsequantur litteras Henrici de Hervilla Magistri Portulani, et Procuratoris Apuliae, quae exscribuntur, sinunt nuncium Herualdi de Villanova Capitanei Bari extrahere de portu Baroli hordei salmas 100 vehendas Barum, sine iure exiturae.

Per Iohannem de Maynardo Notarium Baroli.

N. 5.

Olim Arca B. Fasciculus 6, N. 3.

1299, *Decembris 22, Indictione 13, Caroli II. anno XV. Neapoli.*

Rex mandat Petro de Marra Iustitiario Capitanatae, ut solvat Nicolao de Baro Notario suo gagia quatuor mensium, retenta quarta parte eorumdem.

Per Magistros Rationales.

FINIS (2).

---

(1) Tunc temporis Robertus Dux Calabriae in Siciliam venerat, pluresque ibi urbes vi coeperat.

(2) Quod in Praefatione monuimus, sibi in memoriam revocet lector: scilicet ne hoc volumen in magnam succresceret molem, quod fieret, si omnes sub Carolo II. membranas scriptas collegissemus, eas in duas partes distribuendas censuimus. Membranas igitur ab anno 1300, ad obitum usque Caroli II. exaratas Altera Pars complectetur, quam brevi prodituram speramus.